

Chl15

[illegible]

25

PRACTICARVM FORENSIVM QVAESTIONVM LIBER PRIMVS.

Maximè vtilis, & necessarius I.V. professoribus, necnon Theologis.

Auctore Petro à Syria Iurisconsulto Valentino.

Cui additæ fuere viri celeberrimi

FRANCISCI CVRTII SENIORIS Quæstiones super Statuto, Quòd extantibus Masculis Fœminæ non succedant.

Cum Priuilegio, & Superiorum permissu.



MEDIOLANI,

Apud Hieronymum Bordonium, & Petrum Martyrem Locarnum socios. M. DC VI.

APPROBATIO.

Imprimatur.

Fr. Aloysius Bariola Augustinianus; Sancti Officij Consultor, pro Reuer. Inquisit.

Aloysius Bossius Canon.Ordin.Theol. pro Illustriss.Card.Archiepiscopo.

Vidit Saccus, pro Excellentiss. Senatu.



Illuſtriſs. Domino
D. IACOBO MAINOLDO
GALERATO

Regio Conſiliario, Senatus Mediolanenſis Præſidi.

Hieronymus Bordonius, & Petrus Martyr Locarnus Bibliopolæ F.





VM apud nos, vt ſæpè fit, inter nonnullos primarios legalis Philoſophię ſtudioſos de inſignioribus huius prouinciæ bibliothecis ſermo incidiſſet, fuere qui tuam, Præſes Ampliſſime, vti optimis, lectiſſimisque libris vndequaque ſumma diligentia, & pari ſumptu conquiſitis, inſtructam, mirificè commendarent. ſecutus omnium aſſenſus. Superuenit interim fortè fortuna Typographus cum eleganti libello Practicarum


Forensium Quæstionum Petri à Syria, qui tuis auſpicijs Italici iuris eſſe cœpit; quo viſo vniuerſi liberalitatem tuam miris laudibus extulerunt, quæ ſelectiora, quæque publicæ vtilitati exhibere non grauatur. Aderat inter alios Paulus Solarius Mediolanenſis Cauſidicus, fide, probitate, ſolertiave æquè clarus, nominiſque tui obſeruantiſſimus, qui tam illuſtri exemplo permotus de bibliotheca ſua conſpicuum munus Reipublicæ litterariæ obtulit, quod tui additamentum, & ſuperpondium eſſet; nempè Franciſci Curtij Senioris viri celeberrimi Quęſtiones ſuper Statuto, quod extantibus maſculis filiæ fœminæ non ſuccedant; quas manuſcriptas diutiſſimè, ac religioſiſſimè ſeruatas ipſe ab interitu vendicauerat. Prodit igitur vterq; liber vno Codice contentus Nomini Tuo inſcriptus. Tu, qui promptos aditus, & obuiam comitatem, ignotas barbaris virtutes, cum dignitate retines, quidquid hoc eſt libenti animo ſuſcipe, noſtræ in te voluntatis, & ſtudij argumentum; qui tibi fauſta omnia optamus. Mediol. Idib. Iun. M. DC VI.

AD LECTOREM.



ON me latet (candide Lector) qui nihil scripsere, maleuolorum linguas effugisse, contra verò acerbos iudices habere, qui de re aliqua in lucẽ aliquid prodidere. Quare huic operi maleuolos non defore arbitror, qui illud labefactare conẽdent, & tanquam imperfectum, nullaq; elegantia scriptum, condemnabunt. Qui omnes velim, perpenderent naturam Forẽsium Quæstionum, nullis vnquam finibus terminari, minimæque Latinæ linguæ elegantia, ob varias legum, Doctorumq; allegationes optimè vti posse. Alij vero huius operis res alias, pro suo arbitrio carpent, quos quantum possum obsecro, vt benigne scripta suscipiant; sciantque animum meum fuisse, vtilitatem aliquam iuris professoribus in posterum afferre; in quo si defuere, imbecillitati meæ tribui debet; si quid vero vtilè, & optimè dictum, in eo reperiatur, Deo optimo, bonorum omnium fonti, referatur. Non enim inanis laus ad hoc opus edendum animum meum mouit; testis esse potest vita mea, in cuius cursu nihil sequutus fui inanis vulgi vocem amplectens: sed solam vtilitatem, quæ ex hoc opere legentibus prouenit, prospexi. Etenim hoc mihi suadebant cuncta, quæ in terris gignuntur ad vsum, & hominis vtilitatem creari, sic hominem homini prodesse debere, ratio postulat, hac ratione monitus, per tres annos ius ciuile in inclyta Valentinorum Academia interpretatus fui. Et licet nunc post graue illud munus causarum patroni, quod iam diu suscepi priuatis consulere vtilitatibus necesse sit, adhuc in me manet singulis diebus in iure scribendi consuetudo, & ideo audeo maiora polliceri. Nam si Deus integram mihi valetudinem concesserit, quendam sequẽti anno tractatum de iuramentis, seu de quæstionibus iuramentalibus in lucem edam: in quo fortassis multa scitu digna videbuntur: interim obsecro, vt huic operi faueas, vt ad maiora possim conuolare.

IN-



INDEX QVÆSTIONVM

Quæ in hoc libro continentur.

QVÆSTIO PRIMA.

tra

Quæ-

Finis Indicis Quæstion. huius libri.



IN-

INDEX RERVM NOTABILIVM.

Quæ in hoc libro continentur.



D

E

 tal.

Q

FINIS.

SVMMARIVM.

1 ACTIO unde dicatur.
2 Actio exprimi debet in libello.
3 Actionem ineptam causam non vitiare, defendunt plures Doctores.
4 Testamentum militis non vitiatur, ex inepta solemnitatis expressione.
5 Factum pure debet proponi, in causis foren.
6 Ordo inepte seruatus in electione, videtur, quod non vitiet.
7 Ineptam actionis expressionem causam vitiare defendut plures Doct.
8 Proponuntur plura iura, ex quibus videtur, quod propter ineptam expressionem actionis vitietur causa.
9 Forma actionum antiquitus rigorose obseruabatur.
10 Interpretatio multorum iurium.
11 Refertur conciliatio Aretini.
12 Actionis nomen si inepte proponitur, causam non vitiat.
13 Factum si inepte pronitur cum iure agendi, causam vitiat.
14 Interpretatio ad tex. in c. cum dilecti de emptione, & vendi.
15 Interpretatio ad tex. in c. examinatva de iudicijs.
16 Interpretatio ad l. 1. vers. si autem ex locato, ff. si mensor falsum modum dixeris.
17 Interpret. ad l. vnicam vers. eodemq; modo C. de rei vxoriæ act.
18 Interpretatio ad forum, item statuimus de clamo non mutando.

QVÆSTIO PRIMA.

AN ACTIO INEPTA vitiet causam.

ACTIONIS nomen, varias continet in iure significationes, quas post glo. in lege nihil aliud, ff. de actionibus, & obligationibus, & in princ. institut. de actionibus, late pro-

sequuntur Iaſ.num.13. Gomes, 16.& Othomanus, num.2.in rubr.inſtit.de actionibus, Alciat.in l.edita
1 ta actio. C.de edendo. Sed ſecundũ Theophylum, actio ab agendo dicitur, quia per eam reos,& debitores, in iudicio trahimus, quo ſenſu accipiẽda eſt, l.1. *Ibi facultatem agendi*, ff.de eo, quod certo loco, l. pupilli, §.damus. *Ibi conueniendi facultatem*, ff.de negot.geſt. Sed quod ad præſentem quæſtionẽ attinet actio, nihil aliud ſignificat, quam ius agendi actori cõpetens in iudicio exercere. Et in hoc ſenſu prætorẽ actionem dare dicitur, quaſi ius,& poteſtatem agendi faciat actori, l.3, in princip. ff.de ſepulchro violato, quod ita accipiendum eſt, nõ quaſi prætor cauſam petendi, vel agendi tribuat actori, ſed quia ei qui cauſam petendi habet iudices cõcedat, corã
2 quibus agere poſſit. Vnde deducitur ad rei petitæ proſequutionem actorem in libello debere exprimere actionẽ, cuius virtute experiatur, l.1.ff.ſi menſor falſum modum dixerit, l.1.ff.de edendo, l.1.C. de interdictis. Huius rei cauſa fuit, vt reo exploratũ eſſet, vtrum cedere, vel contendere deberet,& vt inſtructus in iudicio accederet, vt conſtat ex l.1.ff.& C.de edẽdo, quo fit, vt plurimum à Doctoribus cõtrouerti ſoleat pręſens, quæſtio; an videlicet inepta
3 actio, vitiet cauſam. Et non vitiare defendunt. Bart. cõmuniter receptus, in l.1.nu.18.ff.de edendo Iaſ. l.edita, actio, nu.13. Ripa. nu.2. C. de edendo. Panorm. in cap.dilecti, num.59.de iudicijs Felyn.ibidem,

dem, num. 1. Maranta de inordinate iudiciorum, 6.
4 parte cap. de sententia, nu. 69. Pro qua opinione facit primo, tex. in l. 3. ff. de testamento militis, vbi testamentum militis vitiatur ex inepta solemnitatis expressione, quia testamentum militare conscribitur, absque astricta iuris solemnitate.
5 Secundo facit tex. in ca. dilecti de iudicijs, vbi in actionibus forensibus sufficit factum, & intentionem purè proponere; neq; nomen actionis aptè, vel
6 ineptè requiritur. Tertio facit tex. in c. bonæ el 1. §. porro de electione, vbi ordo ineptè seruatus in electione nō vitiat. Quarto facit tex. in l. vnica in principio vers. eodemq; modo, C. de rei vxoriæ actione, & text. in l. 2. C. de formulis: *Ibi si aptam rei*, in quibus cauetur ineptitudinem actionis nō vitiare causam. Vltimo facit pro hac opinione tex. de iure nostro municipali. Valentiæ in foro item statuimus titulo de clamo non mutando, vbi nulla petitio po
7 test dici inepta. Sed contrariam opinionem videlicet ineptam actionis expressionem causam vitiare defendunt Beroius in dicto, c. dilecti, nu. 33. Orosco, in l. 1. ff. de edendo, nu. 30. & Antonius Padilla
8 in l. vbi pactum, nu. 21. C. de transactionibus. Pro qua opinione primo facit, text. in c. cum dilecti de emptione, & venditione, vbi Canonici ibi proponentes venditionem nullā esse ex deceptione vltra dimidiam, Monachi rei, ab actione absoluuntur. Secundo facit tex. in ca. examinata de iudicijs, vbi

actores propter ineptam actionẽ cadunt ab instantia. Tertio facit, tex. in l. 1. vers. sin autem ex locato, ff. si mensor falsum modum, vbi etiam causa vitiatur propter ineptam expressionem actionis.

9 Quare in huius quæstionis difficultate obseruãdum est, Iurecõsultos antiquitus certas præscripsisse actionum formulas, adeo rigurose obseruãdas, vt qui in silaba errabat à causa caderet, l. 1. §. deince, & §. omnium, digestis, de origine iuris: & hoc vt nemo ad libitum agere potuisset. Postmodum que Imperatores, & Romani Pontifices, considerantes in negotijs forensibus non verba, sed veritatis simplicitatem, esse attendenda: illam formularũ actionum antiquitatem sustulerunt, vt toto titulo, C. de formulis sublatis, c. dilecti de iudicijs. Nõ enim ob hoc actiones auerterunt, nam sine actione neminem posse experiri certum est, l. si pupilli, §. fin. ff. de negotijs gestis, l. quoties, §. item si in temporalis, ff. de administratione tutorum c. constitutus de electione. Sed non esse necessarium actoribus propriũ nomen actionis in iudicio exprimere constitue-
10 runt, dict. cap. dilecti de iudicijs, l. fin. C. de formulis sublat. l. 1. in principio, vers. eodemq; modo, C. de rei vxoriæ actione, quod in vtroq; iure Cæsareo, & Pontificio procedere defendit glo. vers. per inde in l. 1. ff. de edendo, & Bar. ibi, nu. 18. Orozco, num. 32. quod dicit commune Panor. & Decius, in d. ca. dilecti. Cui resolutioni nõ obstant tex. in l. omnes,

§. fin.

§.fin.ibi proposita actione, C.de Episcopis, & Clericis, tex.in l.fin.ibi exprimendo actionem, C.de interdictis, tex. in l.edita actio, C.de edendo, tex.in l.fi.de libelli oblatione, & tex.in c.1. de mutuis petitionibus, in quibus actionum nomina expriměda esse in iudicijs videtur, quia respõdendum est, in l. illis iuribus non agi de proprio actionis nomine. Sed de petitione, quod probat eleganter d.l. edita actio: *Ibi quam emendari, vel mutari licet*, quæ verba si referantur ad proprium actionis nomen inepta, & inutilis esset nominis editio; igitur ad petitioně referri necessariũ est. Nã petitio reo eděda est perto rũ, ff.& C.de edědo. Imperatores itaq; actionis verbo vtentes, petitioně, & libellũ comprehědunt, ita ita interpretãdę sunt prædictæ leges: & ita intelligẽdus est, tex.in d.c.fi. de libelli oblatione, & tex.c.1. de mutuis petitionibus: ita nullum discrimẽ in hoc

11 inter ius ciuile, & canonicum est. Quare is suppositis redeundo ad superioris quæstionis difficultatẽ, Aretinus in d.c. examinata eã cõponere existimat, vt quando actio ineptè expressa incompatibilis sit, cum ea, quæ propriè conuenit vitiet causam, at verò si expresse compatibilis sit cum ea, quę propriè cõpetit nõ vitiet causam. Sed nõ includit difficultatem: & ideò Alex. in d.l. edita, num. 6. distinguit, quando ex facti propositione non potest reus sufficiẽter instrui, causam vitiare, sed qñ sufficienter instrui põt, quãuis inepta fuerit expressio causam nõ

vitiare; verum non tollit difficultatem.

12 Quare ego ad difficultatem sic respondeo constituendo duos casus, alter est quando factũ non in specie proponitur, sed actionis nomẽ inepte exprimitur, tunc causam nõ viciare, ita intelligendus est tex. in d. c. dilecti de iudicijs, l. 1. in principio verf. eodemq; modo C. de rei vxoriæ actione, dicta l. 2. C. de formulis sublatis, & d. forus item statuimus titulo de clamo nõ mutando, & ferè reliqua iura pro

13 prima opinione adducta. Alter casus est qñ factum inepte proponitur cum iure agendi, in qua specie dicendum est causam vitiare; sic interpretãdus est tex. in d. c. dilecti de emptione, & venditione. Vbi cùm Canonici inepte proponerẽt venditionẽ nullam esse, ex deceptione vltra dimidiam, & sentẽtia

14 debet esse libello conformis, l. ad fundus, ff. cõi diuidundo, & licet in illa specie Decanus pronuntiauit contractum nullum esse: illa pronũtiatio à Pontifice improbatur, & Canonici dãnantur in instantia, iure illis reseruato agendi, vt explicat gl. in versi quęstione, & cõis relata à Berojo ibi nu. 33. cùm sequentibus vsq; ad nu. 44. Ineptitudo in Canonicorum propositione ex eo deprehenditur, quòd obseruandum est, quando in emptionis cõtractu succedit deceptio vltra dimidiã, emptoris enim electioni relinquitur, vel rẽ restituere, vel pretium iustum suplere ex l. 2. & ex l. voluntate, C. de rec indẽda venditione, d. c. dilecti c. cũ causa, de emptione, & ven-

& vendi: petentes itaq; Canonici contractum nullũ declarari contra prçscriptam iuris formam, inepte proposuerunt factum, & ius agẽdi, & ideo Monachi absoluuntur ab instantia.

15 Secundo ita eodẽ modo interpretandus est tex in d.c.examinata de iudicijs: nam quamuis in priori parte referat actionẽ ineptè propositam, actio in illa specie non fertur ad nomen actionis: sed ad libellum ex quo cõstat integra petitio, iuxta veriorẽ interpretationẽ supra assignatã ad l. edita actio, C.de edendo, Rursus colligitur hic intellectus ex d.c.examinata, vers quia, vbi innuitur ineptitudinis rationem cõsistere in propositione. Nam ibi, quidã nomine Mattheus, ius patronatus vendicare intendens dicit se illud possidere. Rei vendicationis autẽ proprium est rei vendicantẽ dominum esse, & aduersarium possidere, l.qui petitorio, l.qui destinauit, ff.de rei vẽdicatione. Vnde cũ dictus Mattheus dixerit se dominũ, & possessorem ipsius iuris patronatus, ineptitudo cõsistit in ipso facto, & iure agẽdi: quod plane ostendit Pontifex in vers. *Vnde intentionem tuam*: Ex superioribus enim cõprehendit ineptitudinem ex intentione iuris agẽdi prouenisse, ac proinde milites absoluit ab instantia, & ius petendi illi Matthæo reseruauit, in vers. fin. & hæc est vera illius tex. interpretatio.

16 Tertio sic intelligendus est tex in d.l. 1. vers. fin. autem ex locato, ff. si mensor falsum modũ dixerit,

ibi enim causa vitiatur propter ineptã expressionẽ. Ineptitudo vtiq; nõ cõsistit in proprio actionis nomine, sed in ipso facto, & libello, quod apertè significat iure cõsultus in vers. intentionis: qui nõ ad actionis nomẽ, sed ad factũ, & ius agẽdi referri dẽt.

SVMMARIVM.

1 *Spoliatus ante omnia restitui debet.*
2 *Spoliatum non restitui, si incontinenti fiat probatio proprietatis, est multorum Doctorum opinio.*
3 *Possessionem impedire videtur presens proprietatis probatio.*
4 *Spoliatus restituitur quamuis aduersarius probet incontinenti proprietatem ad se pertinere.*
5 *Spoliatus non tenetur spoliatori, ante spolij restitutionem respondere.*
6 *Regulam spoliatum ante omnia restitui, dicunt multi limitari si incontinenti fiat proprietatis probatio.*
7 *Dilluuntur fundamenta prioris opinionis.*
8 *Intellectus ad c. 1. de restitutione spoliatorum.*

QVAESTIO II.

AN PROPRIETATIS PROBATIO, incontinenti oblata in iudicio, impediat spolij restitutionem.

1 IVRIS regula receptissima est, spoliatum ante omnia restitui debere, l. si quis in tantum, C. vnde vi. l. si quis, C. ad legem Iuliam de vi. c. fin. de in ordine cognitionum, cap. 1. cap. litteris de restitutione spoliatorum, & iure Regio est text. in foro aquell. titu. de vi, & violentia,

lib. 8.

2 lib. 8. Sed si incontinenti proprietatis probatio fiat, an hoc casu impendiat restitutionem, quæstio difficilis est. Et partem affirmatiuam videlicet impedire restitutionem defendit Panormitan. in cap. super eo, de officio delegati, nume. 3. Decius, in cap. an sit, nume. secundo, de appellat. & plures Doctores relati ab Antonio Gabriele, 2. thomo communium opinionum, lib. 5. conclusione, 1. nume. 74. Pro qua opinione primo facit, frustra restitutionẽ petere, qui statim restituturus est l. dolo, ff. de reg. iuris, & de doli exceptione: ergo probata incõtinen
3 ti proprietate debet impedire restitutionem. Secũdo facit tex. in l. si is, à quo, ff. vt in possessione legatorum, vbi pręsens proprietatis probatio possessionem impedit. Tertio, facit text. in l. 3. §. causam, ff. de carboniano edicto, & tex. in cap. 1. de restitutione spoliatorum, idem disponentes.

4 Contrariam tamen opinionem (videlicet spolij restitutionem non impediri per proprietatis probationem, licet incontinenti fiat) defendunt, glo. in c. 1. de restitutione spoliatorum, secundũ Panormitanum cõmuniter receptam, Bero. ibidẽ nu. 30. Bar. in l. si quis ad se fundum, nu. 20. C. ad leg. Iuliã de vi ibidẽ, Ripa, nu. 52. Socinus iun. 94. Bolognetus, 4. parte, nu. 46. & Antonius, Gabriel, l. conclu-
5 sione, 1. nu. 74. Pro qua opinione facit primo spoliatũ non teneri ante spolij restitutionẽ, spoliatori respondere, c. 2. in 2. parte, ca. fi. de inordine cogni. respon-

responderet tamen, si proprietatis probatio incontinēti admitteretur: ergo nō admittenda est, ne respōdere, & satisfacere cogatur. Secūdo faciunt text. in l. 1. C. si per vim. tex. in d. l. si quis ad se fundū, C. ad leg. Iuliam, de vi. tex. in c. 1. de restitutione spoliatorū, in quibus iuribus cauetur, spoliatum ante omnē cōtentionem restitui debere: ergo nō admit
6 titur incōtinēti probatio. Et hęc est verior opinio: sed qui priorem defendūt vltimæ satisfaciunt opinioni, dicendo regulam spoliatū ante omnia restitui limitari ex notorio proprietatis defectu, c. significasti, de diuortijs, cap. ad decimas, de restitutione spoliatorum, lib. 6. c. cū dilectus, de causa possessionis, & proprietatis: sed probatio incōtinenti faciēda, notorium repræsentat: ergo ex probatione incōtinenti facta limitabitur dicta regula. Quare alij rē componere existimātes dicūt in matrimonialibus, & beneficialibus, incōtinenti probationem impedire ad restitutionem, c. litteras, de restitutione spolia, in alijs, verò non impedire, vt refert Anthon. Gabriel. d. conclus. 7. in c. 1. de restitutione spoliator.
7 . Ego verò cōmuniorem, & omninò obseruādam existimo secūndam opinionē. Neq; obstant iura in quibus fūdatur prima opinio, & in primis nō obstat, tex. in d. l. dolo. quia agitur ibi de iudicio proprietatis, nō in spolij restitutione. Neq; obstat dict. l. si quis, & d. l. 3. §. causa; quia licet ibi de possessione cōtendatur, non tamen de recuperādo possesso-
rio,

rio, sed ad adipiscendo. Cuius discrimẽ est, nã qui agit de recuperãdo non tenetur ante restitutionem spoliatori respõdere, vel satisfacere, (vt supra dictũ est,) quia si in illo probatio incõtinenti admitteretur delinquendi causa daretur, spoliandi pacificos possessores. Præparata enim proprietatis incõtinenti probatione, quilibet auderet antiquum possessorem spoliare; quod lex Cæsarea, & Pontificia facit detestatum, d. l. ad se fundum, c. litteris, de restitutione spoliatorum. Ceterũ in adipiscẽda possessione inter duo plures ve cõtendentes, ne ad arma veniant, & ne propria autoritate rem occupare præsumant, assignatur certum tempus, intra quod datur possessio, probanti magis vero similiter, iuxta respõsum, l. æquissimi, ff. de vsufructu, & iuxta §. adipi-
8 scende, insti. de interdictis. Neque obstat tex. in c. 1. de restitutione spolia. quia licet ibi incõtinenti admittatur probatio, id fuit cõsentiente spoliato, priuatæ enim vtilitati quilibet pro arbitrio potest renuntiare, l. si quis incõscribendo, C. de pactis, cap. si diligenti, de foro cõpetenti, c. ad Apostolicã, de regularibus. Nam spoliatis inuitis restitutionis beneficium non datur, argumento, l. hoc iure, §. non potest, ff. de donationibus, l. inuito, ff. de regulis iuris. Adeo quòd sufficit cõsensus tacitus, nam spoliatus si proprietatis exceptioni contra eum positæ non cõtradixerit, vel protestatus fuerit, videtur cõsensisse, & inde restitutio deferitur, scienti enim, & con-

 sen-

sentienti nulla fit iniuria. Cuius ratio est, nam in iudicijs taciturnitas eius, qui præsens est, pro consensu reputatur, l. cum ostendimus, §. fin. de fideiussoribus, tuto, c. 2. de accusationibus, li. 6. docet Bar. in d. l. si quis ad se fundum, C. ad leg. Iuliam. Bolognetus, ibidem, nu. 92. Gabriel vbi supra tho. 2. lib. 3. conclus. 1. nu. 58. Neq; obstat huic secundæ opinioni si subtiliter arguatur, ex tex. in c. litteras de restitutione spoliatorum, quia ibi speciale est propter incestus periculum; itaque securè tenendum est, probationem incontinenti factam non impedire restitutionem spolij. Neq; enim desunt superiori regulæ plures limitationes, vt per Socinum in regula, 379. & per Gabrielem vbi supra, non enim potest limitari per probationem, quæ incontinenti fit, vt supra ostensum est.

SVMMARIVM

1 *Plus petere ex quatuor constat.*
2 *Pœna plures petentium per litis contestationem committitur.*
3 *Proponitur opinio eorum, qui dicunt pœnam plus petentium non committi, nisi fiat prosequutio, vsque ad sententiam.*
4 *Satisfacit Bart. primæ opinioni.*
5 *Interpretatio multorum iurium.*
6 *Plus petentes iure Regio condemnantur in duplum.*

QVÆ-

QVAESTIO III.

AN PLVS PETENTIS INCVRrant in pœnam plus petentium, in litis contestatione, vel prosequutione causæ, vsque ad sententiam.

PLVS petere ex quatuor constat, re, id est quantitate, causa, id est, ex diuersa ratione, loco, id est, quando alibi petitur, quã vbi solui debet, tempore, id est, ante diẽ solutionis destinate, tex. in §. plus autem instit. de actionib. & ib Angelus, & Missingerius, Doctores, in cap. vnico de plus petitionibus. Cuiasius, lib. 2. obseruationum, cap. 22. & latè Brisonius selectarũ antiquitatum, lib. 4. cap. 10. & de verbor. significat. lib. 14. versic. plus petere. Sed an ad incurrendam pœnam plus petentium sufficiat litis contestatio, vel prosequutio vsque ad sententiam cõtrouersum est, & glo. in cap. vnico de plus petitionibus litis cõtestationem sufficere defendit. Pro qua facit tex. in in l. vnica, C. de plus petitionibus. Secũdo facit tex. in l. amplius non peti. ff. rem ratam haberi. Tertio facit text. in l. non solum, la 2. ff. deliberatione, legat. & l. pluribus in principio, iuxta illius glo. ff. de procuratoribus.

3 Sed contrariam opinionẽ, videlicet non incurri pęnam plus petentium, nisi vsq; ad sententiam, defendit

actores propter ineptam actionē cadunt ab instantia. Tertio facit, tex. in l. 1. vers. sin autem ex locato, ff. si mensor falsum modum, vbi etiam causa vitiatur propter ineptam expressionem actionis.

9 Quare in huius quæstionis difficultate obseruādum est, Iurecōsultos antiquitus certas præscripsisse actionum formulas, adeo regurose obseruādas, vt qui in silaba errabat à causa caderet, l. 1. §. deince, & §. omnium, digestis, de origine iuris: & hoc vt nemo ad libitum agere potuisset. Postmodum que Imperatores, & Romani Pontifices, considerantes in negotijs forensibus non verba, sed veritatis simplicitatem, esse attendendā: illam formularū actionum antiquitatem sustulerunt, vt toto titulo, C. de formulis sublatis, c. dilecti de iudicijs. Nō enim ob hoc actiones auerterunt, nam sine actione neminem posse experiri certum est, l. si pupilli, §. fin. ff. de negotijs gestis, l. quoties, §. item si in temporali, ff. de administratione tutorum c. constitutus de electione. Sed non esse necessarium actoribus propriū nomen actionis in iudicio exprimere constitue-

10 runt, dict. cap. dilecti de iudicijs, l. fin. C. de formulis sublat. l. 1. in principio, vers. eodemq; modo, C. de rei vxoriæ actione, quod in vtroq; iure Cæsareo, & Pontificio procedere defendit glo. vers. per inde in l. 1. ff. de edendo, & Bar. ibi, nu. 18. Orozco, num. 32. quod dicit commune Panor. & Decius, in d. ca. dilecti. Cui resolutioni nō obstant tex. in l. omnes,

§. fin.

§.fin.ibi proposita actione, C.de Episcopis, & Clericis, tex.in l.fin.ibi exprimendo actionem, C.de interdictis, tex. in l.edita actio, C.de edendo, tex.in l. fi.de libelli oblatione, & tex.in c.1. de mutuis petitionibus, in quibus actionum nomina exprimēda esse in iudicijs videtur, quia respōdendum est, in l. illis iuribus non agi de proprio actionis nomine. Sed de petitione, quod probat eleganter d.l. edita actio: *Ibi quam emendari, vel mutari licet*, quæ verba si referantur ad proprium actionis nomen inepta, & inutilis esset nominis editio; igitur ad petitionē referri necessariū est. Nā petitio reo edēda est perto rū, ff.& C.de edēdo. Imperatores itaq; actionis verbo vtentes, petitionē, & libellū comprehēdunt, ita ita interpretādę sunt prædictæ leges: & ita intelligēdus est, tex.in d.c.fi. de libelli oblatione, & tex.c.1. de mutuis petitionibus: ita nullum discrimē in hoc inter ius ciuile, & canonicum est. Quare is suppositis

11 redeundo ad superioris quæstionis difficultatē, Aretinus in d.c. examinata eā cō ponere existimat, vt quando actio inepte expressa incompatibilis sit, cum ea, quæ propriè conuenit vitiet causam, at verò si expressè compatibilis sit cum ea, quę propriè cōpetit nō vitiet causam. Sed nō includit difficultatem: & ideò Alex. in d.l. edita, num. 6. distinguit, quando ex facti propositione non potest reus sufficiēter instrui, causam vitiare, sed qn sufficienter instrui pōt, quāuis inepta fuerit expressio causam nō

vitiare; verum non tollit difficultatem.

12 Quare ego ad difficultatem sic respondeo constituendo duos casus, alter est quando factũ non in specie proponitur, sed actionis nomẽ inepte exprimitur, tunc causam nõ viciare, ita intelligendus est tex. in d. c. dilecti de iudicijs, l. 1. in principio vers. eodemq; modo C. de rei vxoriæ actione, dicta l. 2. C. de formulis sublatis, & d. forus item statuimus titulo de clamo nõ mutando, & fere reliqua iura pro

13 prima opinione adducta. Alter casus est qñ factum inepte proponitur cum iure agendi, in qua specie dicendum est causam vitiare; sic interpretãdus est tex. in d. c. dilecti de emptione, & venditione. Vbi cùm Canonici inepte proponerẽt venditionẽ nullam esse, ex deceptione vltra dimidiam, & sententiã

14 debet esse libello conformis, l. ad fundus, ff. cõi diuidundo, & licet in illa specie Decanus pronuntiauit contractum nullum esse: illa pronũtiatio à Pontifice improbatur, & Canonici dãnantur in instantia, iure illis reseruato agendi, vt explicat gl. in versi. quæstione, & cõis relata à Berolo ibi nu. 33. cum sequentibus vsq; ad nu. 44. Ineptitudo in Canonicorum propositione ex eo deprehenditur, quòd obseruandum est, quando in emptionis cõtractu succedit deceptio vltra dimidiã, emptoris enim electioni relinquitur, vel rẽ restituere, vel pretium iustum suplere ex l. 2. & ex l. voluntate, C. de rescindẽda venditione, d. c. dilecti c. cũ causa, de emptione,

& vendi: petentes itaq; Canonici contractum nullũ declarari contra præscriptam iuris formam, ineptè proposuerunt factum,& ius agẽdi,& ideo Monachi absoluuntur ab instantia.

15 Secundo ita eodẽ modo interpretandus est tex. in d.c.examinata de iudicijs: nam quamuis in priori parte referat actionẽ ineptè propositam, actio in illa specie non fertur ad nomen actionis: sed ad libellum ex quo cõstat integra petitio, iuxta veriorẽ interpretationẽ supra assignatã ad l. edita actio, C.de edendo, Rursus colligitur hic intellectus ex d.c.examinata, vers. quia, vbi innuitur ineptitudinis rationem cõsistere in propositione. Nam ibi, quidã nomine Mattheus, ius patronatus vendicare intendens dicit se illud possidere. Rei vendicationis autẽ proprium est rei vendicantẽ dominum esse, & aduersarium possidere, l.qui petitorio, l.qui destinauit, ff.de rei vẽdicatione. Vnde cũ dictus Mattheus dixerit se dominũ, & possessorem ipsius iuris patronatus, ineptitudo cõsistit in ipso facto, & iure agẽdi: quod plane ostendit Pontifex in vers. *Vnde intentionem tuam*: Ex superioribus enim cõprehendit ineptitudinem ex intentione iuris agẽdi prouenisse, ac proinde milites absoluit ab instantia, & ius petendi illi Mattheo reseruauit, in vers. fin. & hæc est vera illius tex. interpretatio.

16 Tertio sic intelligendus est tex. in d.l. 1. vers. fin. autem ex locato, ff. si mensor falsum modũ dixerit,

ibi enim causa vitiatur propter ineptã expressionẽ. Ineptitudo vtiq; nõ cõsistit in proprio actionis nomine, sed in ipso facto, & libello, quod apertè significat iure cõsultus in vers. intentionis: qui nõ ad actionis nomẽ, sed ad factũ, & ius agẽdi referri dẽt.

SVMMARIVM.

1 Spoliatus ante omnia restitui debet.
2 Spoliatum non restitui, si incontinenti fiat probatio proprietatis, est multorum Doctorum opinio.
3 Possessionem impedire videtur præsens proprietatis probatio.
4 Spoliatus restituitur quamuis aduersarius probet incontinenti proprietatem ad se pertinere.
5 Spoliatus non tenetur spoliatori, ante spolij restitutionem respondere.
6 Regulam spoliatum ante omnia restitui, dicunt multi limitari si incontinenti fiat proprietatis probatio.
7 Dilluuntur fundamenta prioris opinionis.
8 Intellectus ad c. 1. de restitutione spoliatorum.

QVAESTIO II.

AN PROPRIETATIS PROBATIO, incontinenti oblata in iudicio, impediat spolij restitutionem.

1 IVRIS regula receptissima est, spoliatum ante omnia restitui debere, l. si quis in tãtum, C. vnde vi. l. si quis, C. ad legem Iuliam de vi. c. fin. de inordine cognitionum, cap. 1. cap. litteris de restitutione spoliatorum, & iure Regio est text. in foro aquell. titu. de vi, & violentia, lib. 8.

2 lib. 8. Sed si incontinenti proprietatis probatio fiat, an hoc casu impendiat restitutionem, quæstio difficilis est. Et partem affirmatiuam videlicet impedire restitutionem defendit Panormitan. in cap. super eo, de officio delegati, nume. 3. Decius, in cap. an sit, nume. secundo, de appellat. & plures Doctores relati ab Antonio Gabriele, 2. thomo communium opinionum, lib. 5. conclusione, 1. nume. 74. Pro qua opinione primo facit, frustra restitutionē petere, qui statim restituturus est l. dolo, ff. de reg. iuris, & de doli exceptione: ergo probata incōtinen
3 ti proprietate debet impedire restitutionem. Secūdo facit tex. in l. si is, à quo, ff. vt in possessione legatorum, vbi præsens proprietatis probatio possessionem impedit. Tertio, facit text. in l. 3. §. causam, ff. de carboniano edicto, & tex. in cap. 1. de restitutione spoliatorum, idem disponentes.

4 Contrariam tamen opinionem (videlicet spolij restitutionem non impediri per proprietatis probationem, licet incontinenti fiat) defendunt, glo. in c. 1. de restitutione spoliatorum, secundū Panormitanum cōmuniter receptam, Bero. ibidē nu. 30. Bar. in l. si quis ad se fundum, nu. 20. C. ad leg. Iuliā de vi ibidē, Ripa, nu. 52. Socinus iun. 94. Bolognetus, 4. parte, nu. 46. & Antonius, Gabriel, l. conclu-
5 sione, 1. nu. 74. Pro qua opinione facit primo spoliatū non teneri ante spolij restitutionē, spoliatori respondere, c. 2. in 2. parte, ca. si. de inordine cogni.

respon-

responderet tamen, si proprietatis probatio incontinenti admitteretur: ergo nõ admittenda est, ne respõdere, & satisfacere cogatur. Secũdo faciunt text. in l. 1. C. si per vim. tex. in d. l. si quis ad se fundũ, C. ad leg. Iuliam, de vi. tex. in c. 1. de restitutione spoliatorũ, in quibus iuribus cauetur, spoliatum ante omnẽ cõtentionem restitui debere: ergo nõ admit
6 titur incõtinẽti probatio. Et hęc est verior opinio: sed qui priorem defendũt vltimæ satisfaciunt opinioni, dicendo regulam spoliatũ ante omnia restitui limitari ex notorio proprietatis defectu, c. significasti, de diuortijs, cap. ad decimas, de restitutione spoliatorum, lib. 6. c. cũ dilectus, de causa possessionis, & proprietatis: sed probatio incõtinenti faciẽda, notorium repræsentat: ergo ex probatione incõtinenti facta limitabitur dicta regula. Quare alij rẽ componere existimãtes dicũt in matrimonialibus, & beneficialibus, incõtinenti probationem impedire ad restitutionem, c. litteras, de restitutione spolia. in alijs, verò non impedire, vt refert Anthon. Gabriel. d. conclus. 76.
7 . Ego verò cõmuniorem, & omninò obseruãdam existimo secũdam opinionẽ. Neq; obstant iura in quibus fũdatur prima opinio, & in primis nõ obstat, tex. in d. l. dolo. quia agitur ibi de iudicio proprietatis, nõ in spolij restitutione. Neq; obstat dict. l. si quis, & d. l. 3. §. causa; quia licet ibi de possessione cõtendatur, non tamen de recuperãdo possesso-
rio,

rio, sed ad adipiscendo. Cuius discrimē est, nā qui agit de recuperādo non tenetur ante restitutionem spoliatori respōdere, vel satisfacere, (vt supra dictū est,) quia si in illo probatio incōtinenti admitteretur delinquendi causa daretur, spoliandi pacificos possessores. Præparata enim proprietatis incōtinenti probatione, quilibet auderet antiquum possessorem spoliare; quod lex Cæsarea, & Pontificia facit detestatum, d. l. ad se fundum, c. litteris, de restitutione spoliatorum. Ceterū in adipiscēda possessione inter duo plures ve cōtendentes, ne ad arma veniant, & ne propria autoritate rem occupare præsumant, assignatur certum tempus, intra quod datur possessio, probati magis vero similiter, iuxta respōsum, l. æquissimi, ff. de vsufructu, & iuxta §. adipiscende, insti. de interdictis. Neque obstat tex. in c. 1. de restitutione spolia. quia licet ibi incōtinenti ad-
8 mittatur probatio, id fuit cōsentiente spoliato, priuatæ enim vtilitati quilibet pro arbitrio potest renuntiare, l. si quis incōscribendo, C. de pactis, cap. si diligenti, de foro cōpetenti, c. ad Apostolicā, de regularibus. Nam spoliatis inuitis restitutionis beneficium non datur, argumento, l. hoc iure, §. non potest, ff. de donationibus, l. inuito, ff. de regulis iuris. Adeo quòd sufficit cōsensus tacitus, nam spoliatus si proprietatis exceptioni contra eum positæ non cōtradixerit, vel protestatus fuerit, videtur cōsensisse, & inde restitutio deferitur, scienti enim, & con-

ſentienti nulla fit iniuria. Cuius ratio eſt; nam in iudicijs taciturnitas eius, qui præſens eſt, pro conſenſu reputatur, l. cum oſtendimus, §. fin. de fideiuſſoribus, tuto, c. 2. de accuſationibus, li. 6. docet Bar. in d. l. ſi quis ad ſe fundum, C. ad leg. Iuliam. Bolognetus, ibidem, nu. 92. Gabriel vbi ſupra tho. 2. lib. 3. concluſ. 1. nu. 58. Neq; obſtat huic ſecundæ opinioni ſi ſubtiliter arguatur, ex tex. in c. litteras de reſtitutione ſpoliatorum, quia ibi ſpeciale eſt propter inceſtus periculum; itaque ſecurè tenendum eſt, probationem incontinenti factam non impedire reſtitutionem ſpolij. Neq; enim deſunt ſuperiori regulæ plures limitationes, vt per Socinum in regula, 379. & per Gabrielem vbi ſupra, non enim poteſt limitari per probationem, quæ incontinenti fit, vt ſupra oſtenſum eſt.

SVMMARIVM

1 *Plus petere ex quatuor conſtat.*
2 *Pœna plures petentium per litis conteſtationem committitur.*
3 *Proponitur opinio eorum, qui dicunt pœnam plus petentium non committi, niſi fiat proſequutio, vſque ad ſententiam.*
4 *Satiſfacit Bart. primæ opinioni.*
5 *Interpretatio multorum Iurium.*
6 *Plus petentes iure Regio condemnantur in duplum.*

QVÆ-

QVAESTIO III.

AN PLVS PETENTIS INCVRrant in pœnam plus petentium, in litis contestatione, vel prosequutione causæ, vsque ad sententiam.

1 PLVS petere ex quatuor constat, re, id est quantitate, causa, id est, ex diuersa ratione, loco, id est, quando alibi petitur, quã vbi solui debet, tempore, id est, ante diẽ solutionis destinate, tex. in §. plus autem institut. de actionib. & ib Angelus, & Missingerius, Doctores, in cap. vnico de plus petitionibus. Cuiasius, lib. 2. obseruationum, cap. 22. & latè Brisonius selectarũ antiquitatum, lib. 4. cap. 10. & de verbor. significat. lib. 14. versic. plus petere. Sed an ad incurrendam pœnam plus petentium sufficiat litis contestatio, vel prosequutio vsque ad sententiam cõtrouersum est, & glo. in cap. vnico de plus petitionibus litis cõ
2 testationem sufficere defendit. Pro qua facit tex. in in l. vnica, C. de plus petitionibus. Secũdo facit tex. in l. amplius non peti. ff. rem ratam haberi. Tertio facit text. in l. non solum, la 1. ff. deliberatione, legat. & l. pluribus in principio, iuxta illius glo. ff. de procuratoribus.

3 Sed contrariam opinionẽ, videlicet non incurri pęnam plus petentium, nisi vsq; ad sententiam, defendit

fendit Bar.in l.in criminali, C. de iurisdict. omniũ iudic. Pro qua primo facit, text.in l. Papinianus, §. meminisse, ff.de inofficioso testam. Secundo facit, tex.in l.alia, C.de his, quibus, vt indignis. Tertio facit, tex.in l.qui cũ maior, §.accusasse, ff.de bonis libertorũ, & si dicatur in accusatione obtinere, idẽ in petitione iurisconsultus docuit, l.in seruitutẽ, §.petisse, ff.de bonis libertorũ. Superioraq; iura, Bar.in-
4 terpretatus, respondet legem vnicam loqui de iure antiquo, quia quemadmodũ ius singulare ibi cõsideratur, ad antiquæ pœnæ conseruationẽ, sic etiam considerandum inquit, vt per litis contestationem pœnam tunc cõmittabatur, quam interpretationẽ sequitur Ripa in l.edita, nu. 33. Alciat.num.3.C.de de eden. Sed prior opinio si bene consideretur verior, & receptior est, quam sequuntur Innocentius, Bal.Imola, & Panor.in ca. significantibus de libelli oblatio. Alcia.vbi supra, nu.25. Orosco in l.quãuis, nu.2. ff.de in ius vocando, & Micingerius, vbi su-
5 pra, nu.5. Et ita obseruandũ est, non obstante, Bart. interpretatione ad legẽ vnicam, licet enim in illius criminis concursu, singulariter antiqua pœna conseruetur. Non tamen ius singulare consideratur in forma cõmittendæ pœnæ. Nec duplex specialitas, eodẽ contextu admittitur, ex cõmuni, in l.1.C.de dotis promissio. Quinimo legis vnicæ vera est interpretatio, si ad cõmittendam maiorẽ pœnam sufficit ibi litem fuisse contestatã à fortiori ad cõmittendã maio-

maiorem pœnã. Neq; obstat tex. in d.l. Papinianus, §. meminisse, ibi enim non cõmittitur pœna ex eo, quod aliquis testamentũ falsum dicat: sed qñ dixerit, & non obtinuerit: non obtinuisse propriè dicitur, qñ pronunciatum est, vt itaq; Iureconsulto satisfactum sit sententiã expectare necessariũ est. Ita etiam explicanda est, d.l. alia, C. de his, quibus, vt indignis. Neq; obstat, d.l. qui cum maior, §. accusasse, & d.l. in seruitutem, §. petisse, quia respondetur Iureconsultos, secundũ relationes subiectæ materiæ propositas singulis respõdisse, & ibi ex subiecta materia filium patroni, contra tabulas admittere voluisse, qñ libertus ex illius filij accusatione de crimine capitali fuerit damnatus, in d.l. qui cũ maior, vel ex illius petitione dicta fuerit de libertini statu sentẽtia, in d.l. in seruitutẽ. In re itaq; graui, vt filius toto priuetur iure, sententiã fore expectandam ipsa subiecta materia, & ratio petunt. Atq; ita in accusatione, vel petitione filiũ, vsq; ad sententiam perstitisse necessariũ fuit, ex vtraq; lege. Et ita concludendum est plus petendi pœnã per litis contestationẽ cõmitti, vt supra, dictũ fuit. Iure autẽ Regio ex tex. in foro, fin. titulo de conditione indebiti, lib. 4. Fo-
6 rorum. Etiã constat ibi, *enjhoi*, licet tex. loquatur de primo modo plus petendi. Ex quo text. in duplum pœna cõmittitur. Euitare quispiam hanc pœnã potest: si in petitione posuerit clausulam hanc, videlicet saluo iure superflui, vt in simili adducit Butrius, in

us, in c. significantibus, nu. 40. de libelli oblatione, & firmat Iaſ. in §. Sed hæc quidem institu. de actionibus, nu. 6. & ſequitur Micengerius ibidem, nu. 2. quod obtinebit, quando clauſula, vel proteſtatio, refertur ex cauſa ad certã ſpeciem, vel quantitatẽ, vt ſimile peto, & proteſtatus ſum, q̃ ex eis mihi per cautiones ſolutum apparebit minus petere, aliàs autem proteſtatio inutilis erit, vt pote facto cõtraria.

SVMMARIVM

1 *Excommunicatum perſonaliter in cauſis grauibus, in iudicio comparere poſſe, eſt multorum Doctorum opinio.*
2 *Exceptiones, & defenſiones excommunicato competunt.*
3 *Propter participationis periculum, interdicitur excommunicato in iudicio ſiſtere.*
4 *Procuratorem nemo cogitur conſtituere, in negotijs arduis.*
5 *Excommunicatus compelli poteſt reſpondere per procuratorem.*
6 *Excommunicatus reijci debet à iudicio, propter periculum participationis.*
7 *Excommunicatus annuntiatione noui operis repellitur.*

QVAESTIO IIII

AN EXCOMMVNICATVS ESSE in iudicio, propter negotium graue, & arduum.

EXCOMMVNICATIO, quæ fidelẽ à Sacramentorum, & hominum cõmunione ſeparare dicitur, latiſſimè illius materiã explicare ſolent Couarruuias in cap. alma mater, de ſententia excom. Iuliur Clarus, lib. 2. receptarum ſententiarum queſt. 14. Menoch. de

de arbitrarijs, lib. 12. quæst. 48. & nouissimè. Spinus in speculo testamentorũ, 11. parte, glo. num. 1. Et inter huius materię difficultates, hęc singularis existit, an excõicatus cõparere possit in iudicio, per se, vel
1 per procuratorẽ, in rebus arduis, & grauibus. Et multorum est opinio affirmatiua, quòd in causis graui-
2 bus, & arduis per se in iudicio sistere possit. Pro qua opinione facit primo, excõicato competere exceptiones, & defensiones, c. dilecti, c. cũ inter, c. significauerunt, c. fin. de exceptionibus. Sed ad defensionẽ pertinet excõmunicati, in iudicio sistere: igitur pro
3 pter rem grauẽ poterit in iudicio cõparere. Secũdo facit, quod solummodo propter periculũ participationis, excõicato iudicium interdicitur, c. exceptionem, c. 1. de exceptionibus, sed periculũ cessat propter iustam litis causam, argumento cap. quoniam multos. 11. quęst. 3. cap. si verò, de sententia excommunicationis: igitur cessante periculo, in iudicio
4 esse potest. Tertio facit regula, text. in cap. 2. de procuratoribus, vbi in arduis nemo cogitur procuratori negotiũ committere: Sed ipse se potest personaliter defendere: tenet Andreas Siculus, num. 27. Panorm. 15. Felin. 3. in c. intelleximus de iudicijs.
5 Sed contraria opinio verior, & receptior est, videlicet in quacunque causa excõicatum compelli posse per procuratorem sistere, pro qua opinione facit tex. in cap. intelleximus, §. credentes de iudicijs, vbi generaliter excõicato interdicitur in iudicio sistęre.

Secundo facit tex.in ca.inter.de exceptionibus, vbi nobilis excõicatus per procuratorem respondebat. Et hanc opinionem defendit Parisius in c.significauerũt, num.8.& in c.fin. num.2. de exceptio. Aret. num.21.Dec.num.7.Alciat.num.3. in d.c.intelleximus,de iudicijs.Qua retenta,nõ obstant alterius opinionis fundamenta:quia vt res facilius intelligatur, aduertendũ est, excõicatos ab agendo repelli, d.ca. intelleximus,de iudicijs,c.cum inter,c.a nobis, c.fi. de exceptionibus, ca.excõicamus el 1.§.credentes, vers.nullius,de hæreticis,cap.1.eodem tit.Cęterum si excõicatus ab alio cõueniatur; vt in iudicio respõdeat,in iudicio cõparere cogitur, d.c.intelleximus, c.si verò de senten.excom. & ex nostro iure municipali.Valentiæ extat priuilegium,23.Regis Petri.

6 Has igitur pœnas patitur excõmunicatus,primò propter peticulum participationis: Secundo propter contumaciam,vt facilius peniteat: Tertio propter publicam iudicij authoritatem, tex.in d.c.exceptionem. Et in c.fin.& d.c.intelleximus: Quarto in pœnam excõicationis,d.cap.cum inter. Admittitur autem excõmunicatus in iudicio ad excipiendum,quia cum inuitus in iudicio trahatur ab actore,rationi congruit vt excipere possit, ne defensione destitutus sit. Vtiq; ius naturæ infringeretur, si ipsi defensio denegaretur, l.vt vim, ff.de iustitia, & iure.d.cap.cũ inter.de exceptionibus. Et per hoc respondetur ad superiora argumenta: excõicatis concedi

cedi defensionem necessariam, non voluntariam l. Vtique preter exceptionem,& alia huiusmodi, cete ra, quę excõicat occurrere possunt voluntaria sunt.
7 Hinc dicebat Bolognetus, in l. 1. nu. 59. & 63. ff. de operis nou. nunci. excõicatum à noui operis nunci. vel damni infectione repellendum esse. Idem statuẽ dum esse in prosequentem suam, vel suorũ iniuriã, iure que vtroq; obseruari refert Iulius Clarus, lib. 5. §. fin. quæst. 14. num. 18. receptarum sententiarum. Menoch. consil. 94. num. 2. vol. 1. Eodem repellitur iure hæres excommunicatus vendicans mortẽ defuncti, licet intendat excusare pęnam priuationis, vt d. cap. intelleximus, probat Florelius, ad constitutiones Neapolitanas, tit. de sacrosanctis Ecclesijs, §. item statuimus in principio. Hinc etiam est quod si proponatur edictum, si sua interesse putauerit, & excommunicatus veniat ad dicendum de iure suo, repelli potest, licet enim iudicium ab eo non fuerit incoatum, sed à ponente edictum: ex eo tamen, qđ propria authoritate comparuerit, & vtilitatem prętendit, repellendus est, vt attentauit Paris. in d. cap. cum inter de exceptionibus, num. 15. Roland. consil. 19. num. 12. volum. 2. Alios, quoque casus, quibus repellere possit excommunicatus, videbis per Ruffum in concordatis tit. de excommunicatis non vitandis.

SVMMARIVM

1 *Consuetudo sæpe ius diuinum interpretatur.*
2 *Lex ciuilis quo ad causas feudales detrahit iurisdicti oni Ecclesiastica.*
3 *Consuetudo iuri communi derogat.*
4 *In primitiua Ecclesia, Clerici coram laicis Iudicibus conueniebantur.*
5 *Immemorabilis consuetudo habet vim tituli.*
6 *Clericus non potest conueniri corā Iudice laico, etiam ex consuetudine.*
7 *Consuetudo contra legem diuinam infirma est.*
8 *Lex ciuilis inutilis est, in praiudicium Ecclesiastica.*
9 *Irrationabilis consuetudo infirma est.*
10 *Clericos coram laico iudice non posse conuenire defendunt plures Doctores, quorum sententia vera est.*
11 *Consuetudo Angliæ improbatur, qua clerici coram laico conueniebantur*
12 *Intellectus ad cap. ad Apostolicam de Simonia cum aliis.*
13 *Intellectus ad capit. Imperialem, § fina. de probibita feudorum alienatione.*
14 *Intellectus ad c. Magnum, 11. quæst. 1. & ad l. obtinet, §. ductus aquæ, ff. de aqua cotidiana arcenda.*

QVAESTIO V.

AN CLERICVS CORAM IVDICE laico conueniri possit, in causis ciuilibus, vel criminalibus, si talis sit loci consuetudo immemorabilis.

1 PRO PARTE affirmatiua facit primo, quòd consuetudo ius diuinum plerumque interpretatur, text. in capit. ad Apostolicam extra de Simonia, vbi obtinuit consuetudo, quod Clerici spiritualia ad administrantes, temporale exigat,

exigat; quod iure diuino interdictum fuit, ca. sicut
2 pro certo, c. suā, extra de simonia. Secundo facit, tex.
in c. Imperialem, §. fin. de prohibita feudorum alienatione, & tex. in c. cæterum de iudicijs, vbi lex ciuilis quo ad causas feudales, ecclesiasticę iurisdictioni detrahit. Tertio facit, quod consuetudo iuri cō-
3 ni detrahit. Tertio facit, quod consuetudo iuri cōmuni derogat. l. de quibus, ff. de legibus, §. penult. institut. de iure naturali; sed iure cōmuni laicis cognitio interdicitur, c. 2. de iudicijs, igitur consuetudine tolli potest. Quarto facit tex. in c. magnū, 11. quæst. 1. & in l. clericus, & in l. cum omnes, C. de Epi
4 scopis, & Cler. vbi in Ecclesia primitiua auctoritate diuina, & positiua clerici coram laicis iudicibus cō-
5 ueniebantur. Vltimo facit, immemorabilē consuetudinem habere vim tituli, & priuilegij, l. ob iure, §. ductus aquæ, ff. de aqua cotidiana, ca. super quibusdam, §. præterea, de verbor. signifi. c. 1. de præsumptionibus, lib. 6. Et hanc opinionem defendūt Doctores relati à Beroio decis. 69. & apud Anglos, & Galos talem consuetudinem fuisse, refert Tiraq. de retract. §. 32. num. 82. & Couarr. in practicis, quęst. cap. 31. num. 5. 12.
6 Sed cōtraria opinio verior, & receptior est, adeò vt qui priorem defenderet, non solum temeritatis, verum etiam de mentiæ vitio damnaretur. Pro hac que secunda opinione facit text. in c. 2. de iudicijs,
7 Vbi laicis interdicitur iurisdictio ecclesiastica. Secū do facit tex. in c. vltimo de consuetudine. vbi cōtra

legem diuinam infirma est cõsuetudo, sed propter ordines sacros clericus lege diuina exemptus est, c.
8 si Iudex laicus, de senten. excom. ergo, &c. Tertio facit, tex. in auth. cassa, & irrita, C. de sacrosanct. Eccle. vbi lex ciuilis inutilis est, in præiudiciũ ecclesiasticæ, & consequenter consuetudo. Et ad hoc idem facit tex. in c. quę in Ecclesiarum, & in cap. Ecclesiæ
9 Sanctæ Mariæ, de consuetudinibus. Quarto facit elegans ratio, videlicet consuetudinẽ irrationabilẽ infirmam esse, tex. in cap. consequente, 11. distin. & in c. fin. de consuetudine. Sed consuetudo cõtra libertatem ecclesiasticã irrationabilis est, text. in ca. cum terra de electione, & in dicta authen. cassa, & irrita. Ecclesiasticæ tamen libertati repugnat, clericos corã laicis conuenire, c. solicita, c. placuit, 11. quęst. 1. c. pastoralis, c. qualiter de iudicijs, igitur minime co-
10 rã laico conueniri possunt. Vltimo facit, tex. qui nõ potest cauillari, in c. clerici, de iudicijs, vbi disponitur non posse clericos coram laicis iudicibus conueniri, ex consuetudine; quã opinionem amplectitur Rota antiqua decima de cõsuetudine, & antiquior. 2. & Abbas in d. cap. clerici, nu. 6 & ibi Decius, nu. 14. Alciat. in d. authent. cassa, & irrita, & in l. filiusfamilias, §. diui. num. 88. ff. de legatis, 1. & ferè omnes Doctores, in d. c. clerici. Ex quo infertur improbandam esse consuetudinẽ Angliæ, & Galliæ, relatam à
11 Beroio, Tiraquel. & Couarr. vbi supra. Secundo infertur talem consuetudinẽ improbandã esse in om-
nibus

nibus causis, & actionibus, videlicet tam ciuilibus quàm criminalibus; tum etiam in actione reali, vel personali. Tertio infertur hanc cõsuetudinẽ improbandam esse, quantumuis immemorabilẽ. Primo, quia immemorabilis consuetudo contra exceptionem ecclesiasticam inutilis est, c. quanto, c. cum venerabilis, de consuetudine, resoluit. Silua de beneficijs, 2. par. quæst. 23. nu. 16. Couarr. lib. 1. resolutio. c. 10. num. 14. Secundo quia, quando consuetudo nominatim damnatur, nullo tempore firma est, ca. 1. in fine, de consuetu. lib. 6. in clemen. 2. iuncta glo. de rebus Ecclesiæ alienandis, quod latè prosequitur Bald. de præscriptio. 1. par. 3. partis, quæst. 7.

12 Neque obstant propriori opinione adducta iura, & in primis non obstat, tex. in d. c. ad Apostolicã, quia ibi non probatur dare temporale pro spirituali ministerio licitum esse, nec consuetudine introduci posse: immo dãnatur consuetudo talis in ca. sicut pro certo, in c. veniens, in c. Iacobus, in c. suã eodem titulo de Simonia. Sed celebris est interpretatio illius tex. quod si iusta consuetudine fuerit introductum, spiritualiũ ministris temporale dari, illud Iudicis offitio exigi posse, nam iusta consuetudo dicitur, quæ processit ex fideliũ liberalitate, si ad gratificationem, vel eleemosinã, vel ad sustentationem referatur, ita intelligitur ille tex. dãnatur autem consuetudo in dict. cap. sicut pro certo, cũ alijs, quando processit in vim prætij, vel clericorũ extorsione. ita

resoluendum est ex glo.fin.in dict.c.ad Apostolicã, & vers.pro exequijs,in d.c.suam, vbi dicunt cõmunem Abb.numc.4.& Anan.3 Felin.1. Sanctus Thomas,2.2.quæst.100.art.3.Sum.armil. verbo Simonia,nu.38. Duarenus de sacris Ecclesiæ ministerijs, lib.7.c.6.Nauar.in manuali,c.23.num.102.& 107.

13 Neque secundo obstat text. in c. imperialem, §. fin.de prohibita feudorũ alienatione, cũ alijs. Quia negandũ est in causis feudalibus, legem ciuilem derogasse iuri pontificio, licèt enim causa feudalis, et inter clericos cõtendentes, pertineat ad dominum feudi,vt in cap. cæterũ,de iudicijs, & in cap. transmissa,& in cap.verũ,de foro compet.non tamen factũ est autoritate seculari, sed Pontificia à probante rationes à lege ciuili introductas. Quo fit vt nisi expressum foret in dict.c.cæterũ cum similib.nec feudi ratione clericus conueniri posset coram alio,quã proprio Episcopo,vt infra in quæst.8. dicetur. Neque obstat tertia ratio, quia processit in consuetudine introducta ab habentibus potestatẽ. Potestas tamen semper fuit prohibita, quoad iurisdictionẽ Ecclesiasticã. Rursus necessarium etiã est consuetudinẽ ratione fundari. Consuetudo enim,quæ libertati Ecclesiasticæ contraria est, omni ratione caret. Neque

14 obstat tex.in c.magnũ, 11.quæst. 1.cũ alijs, quia illa iura referuntur ad prptectionẽ non ad iurisdictionem cõtentiosam. Neq; vltimo obstat tex.in d.l.ob iure,§.ductus,aquæ.ff.de aqua cotidiana,cũ alijs ibi relatis.

relatis. Quia respondeo, immemorabilem cõsuetudinem suplere titulũ, nõ tamen malam fidẽ, de qua si constat immemorabilis infirma est, c. fin. de prescriptionibus, cap. 1. eodem titulo lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *PEr sententiam iudicis transferri posse videtur dominium.*

2 *Per sententiam iudicis transferri non potest dominium.*

3 *Si post sententiam Iudicis sequatur traditio, transfertur plenum dominium rei traditę, & iudicatę, secus si non sequatur traditio.*

4 *Sola adiudicatio Pratoris dominium transfert in iudicijs duplicibus, familiæ erciscondę, communi diuidundo, finium regundorum.*

QVAESTIO VI.

AN PER SENTENTIAM IVDICIS transferatur dominium.

1 PER sententiam iudicis transferri posse dominiũ defendit cõmunis, quam resoluit Alexan. consi. 30. num. 6. vol. 6. Ias. nu. 44. in l. ex hoc iure, ff. de iustitia, & iur. Ripa in lege 1. ff. de re iudic. Pro qua sententia faciunt tex. in §. fin. ibi; *Statim eius fit*, institu. de offic. iudicis, tex. in l. statu liberi à cæteris, §. Quintus Mutius, ibi, *nec inter*, est, ff. de statu. liberis, tex. in l. 3. ibi, *item si res*, ff. de publiciana tex. in l. 3. §. item quæritur ibi, *nam, & hic valebit*, ff. de rebus eorum.

2 Sed contrariã opinionem defendit. Orotius, in d. l. ex hoc iure, nu. 20. qui plures referens dicit cõmunem.

nem: pro pua facit, tex. in l. exceptio. ff. de exceptio-
3 ne rei iudicatę, cũ alijs iuribus. Sed in hac quæstio-
ne distinguendũ est, an post sententiã sequatur tra-
ditio: ex sola sentẽtia non poterit dominiũ transfer
ri, iuxta tex. in l. traditionibus, C. de pact. in l. 1. & 2.
4 C. quando liceat ab emptione recedere. Nisi sentẽ-
tia lata sit in iudicijs duplicibus, familiæ erciscũdæ,
cõmuni diuidundo, finiũ regundorũ, in quibus sola
ad iudicatio prætoris dominiũ transfert, vt docet.
Vlpianus in fragmẽtis, tit. 59. vers. dominia, & vers.
dominia, & vers. ad iudicatio. Ande explicari debet
text. in d. §. fin. institu. de officio iudicis, quem rectè
interpretantur Cuiacius, in notis ad Vlpianum, vbi
supra Corratius, lib. 3. micelanearũ, c. 5. nu. 6. Con-
tius, lib. 1. disputationũ, ca. 12. Sed si post sententiã
sequatur traditio, dominium in accipientem trans-
ferri potius, iuxta, tex. in d. l. 3. ff. de publiciana cum
similibus iuribus, quæ sic interpretari debent.

SVMMARIVM

1 *Reconueniri posse clericum coram iudice laico, defendunt plures Doctores.*
2 *In reconuentione Iudex incompetens fit competens.*
3 *Delegatus Iudex fit competens ex reconuentione.*
4 *Reconueniri non potest clericus coram laico iudice, secundum plures Doctores.*
5 *Confessio, vel conuictio clerici coram laico Iudice nihil prodest.*
6 *Iudicari non potest clericus à laico.*
7 *Clericus reconuentus de re spirituali, vel criminali, coram Iudice secu lari: non potest ab eo iudicari, cum non sit in hoc Iudex competens, secus in causa ciuili.*

Cle-

8 *Clericus renuntiare non potest iudicio incepto, re non integra.*
9 *Intellectus ad c. fin. de iudicijs.*
10 *Intellectus ad c. at si clerici de iudicijs.*

QVAESTIO VII.

AN CLERICVS POSSIT RECONVENIRI coram Iudice laico.

1 AFFIRMATIVAM partem (videlicet clericũ reconueniri posse corã iudice laico) defendunt glo. verbo non tenet, in ca. at si clerici de iudicijs, Bart. in authen. & consequẽter, C. de sententijs, & inter. in fin. Decius, in c. at si clerici de iudicijs. Maranta de inordine iudiciorũ,
2 4. par. 6. distinc. nu. 44. Pro qua sentẽtia facit primo, tex. in l. cum Papinianus, & tex. in authen. & consequenter, C. de sententijs, & interloquutionibus, vbi beneficio recõuentionis iudex incompetens fit cõ-
3 petens. Secundo facit tex. in cap. 1. & 2. de mutuis petitionibus, & in ca. 2. de inordine cognitionum, vbi delegatus iudex competens iudex est, in casu reconuentionis ergo, &c.

4 Sed contrariam opinionẽ (videlicet clericũ non posse corã iudice laico reconueniri) defendunt Abbas, in d. c. at si clerici de iudicijs, & Felin. ibi nu. 8 Sinus in d. authen. consequenter, C. de sentẽtijs, & interloquutionib. Pro qua opinione facit primo tex. in cap. fin. de iudicijs, vbi laicorum reconuentio cõtra clericos opposita, remittitur ad iudicem Eccle-

siasti-

5 ſiaſticum. Secundo facit, tex. in d. cap. at ſi clerici de iudicijs, vbi clericus confeſſus, vel conuictus coram
6 iudice ſeculari, non punitur. Vltimo facit, text. in l. omnes ib, *ex quacunque cauſa*, C. de Epiſcopali audiẽtia, vbi ex quacunque cauſa non poteſt clericũ iudicare iudex laicus; igitur neque ex reconuentione. Quare Barbatia, & Dec. vbi ſupra, adeò putant an quæſtionem difficilem, vt exiſtiment egere Pontificis deciſione, cum iura pro vtraque opinione allegata, neutram habeant probationem.

7 Sed in hac difficultate cum diſtinctione loquendum eſſe exiſtimo: nã ſi clericus reconueniatur coram laico de re ſpirituali, vel criminali, incapax iudex, erit, quod receptiſſimũ eſt, argumento, tex. in cap. 2. & 3. de iudicijs, & tex. in c. de clericis coniugatis, lib. 6. Si verò in cauſa ciuili, iudex compens
8 erit. Quo fit vt ſi clericus poſt reconuentionẽ vult renũtiare iudicio ſuæ conuentionis, vt ex recõuentione non condemnetur, incepto reconuentionis iudicio, id facere nequeat, quia aduerſario iã queſitum eſt ius, ſecus autem eſſet ſi res eſſet integra. Ita tenet Bal. in d. authen. conſequenter col. pen. Speculator in tit. de recouuentione, §. fin. & Afflict. deciſ. Neapolitana, 83. Iaſ. in l. 3. in princ. ff. quod quiſque iuris, Maranta, vbi ſupra, num. 19.

9 Neque obſtat tex. in d. c. fin. de iudicijs. Quia vera eſt illius tex. interpretatio, clericos corã ſeculari iudice conueniſſe quoſdã laicos, & eos condẽnatos fuiſſe;

fuisse; in fauorem clericorum quoad possessionem: & tunc reconuenisse clericos de proprietate,& eam causam deferri Iudici Ecclesiastico,quia illa reconuentio non potuit gaudere priuilegio reconuentionis, quia non fuit legitimè facta, & ita nequit dici propriè reconuentio,cū fuerit facta finita causa possessoria: debet enim recōuentio fieri ante litis cōtestationem,vel statim post litis contestationem. Neque obstat tex.in d.cap.at si clerici,de iudicijs,quia licèt verum sit confessionem à clerico factam corā seculari iudice,non nocere,& ea,quæ fit in processu nullo à laico, plurimum ledere,iuxta ea,quę latè resoluit Gomes,thom.3.variarū resolut.cap.12.num. 8.tamen, d.tex.in cap.at si clerici procedit in confessione, cæterum supradicta distinctio supposita in reconuentione. Neque obstat text.in d.l.omnes, C.de Episcopali audi. quia id non ita apertè ex illo, tex.colligitur,quinimò illud inferre cuicunque videbitur diuinatorium.

SVMMARIVM.

1 *Feudum vnde dicatur,& quid sit.*
2 *Clericum feudatarium coram domino feudi non esse conueniendū, defendunt plures Doctores.*
3 *In causa feudalibus certi Iudices assignantur.*
4 *Causæ feudalis cognitio, aliquando pertinet ad ordinarium Iudicem.*
5 *Quando alicui conceditur iurisdictio cumulatiuè,& non priuatiuè conceditur.*
6 *Laicus incapax est iurisdictionis Ecclesiasticæ.*
7 *Dominus feudi competens Iudex est in quæstionibus feudalibus, ortis inter Clericos.*

Coram

8 *Coram domino feudi qui est paratus prebere iustitiam, decidi debet quæstio feudalis.*
9 *Iurisdictio concessa ex ratione speciali, quæ conuenit laicis, & clericis, comprehendit clericos.*
10 *Intellectus ad cap. imperialem. § feudorum de prohibita feudorum alienatione, & ad c. 1. de contentione feudi inter dominum.*
11 *Intellectus ad tex. in c. ex parte, de foro competenti.*
12 *Intellectus ad leg. fina. iuncta, leg. cum quid. C. vbi causa fiscalis cum alijs.*
13 *Intellectus ad capit. Ecclesia S. Mariæ, de Constitutionibus cum alijs.*

QVAESTIO VIII.

AN LAICVS COMPETENS IVDEX sit clericis, in quæstionibus feudalibus.

1 FEVDVM (siue dicatur à fœdere, siue à fide & fidelitate, secundum feudorũ copilatores) est beneficium à Domino datũ ex concessione rei immobilis, vel equipolentis, cũ translatione vtilis dñij: vt suus efficiatur vasallus prœstetque ei fidelitatem, & seruitiũ, tex. in cap. 1. in quibus causis feudũ amittatur. Qui igitur feudum concedit appellatur dñs, qui recipit dicitur vasallus. Clerici quoq; per receptionem feudi vasalli efficiũtur, vt in cap. cæterum de iudicijs. In quæstionibus enim feudalibus clericis feudatalibus contingentibus, controuersum est; vtrum clerici corã Ecclesiastico, & suo Iudice, vel coram domino feudi, licèt seculari con-
2 ueniri possint. Et quidẽ conueniri nõ posse coram domino feudi laico, illumq; Iudicem incompeten-

tem

tem esse, defendunt Guid. Papa, decis. 139. num. 1. in fin. & ab eo relati, & dicit cōmunem opinionem Barbatia in cap. cæterum de iudicijs, & receptā sententiam, & à Canonistis obseruatam asserit Iulius Clarus, lib. 1. receptarum sententiarū, §. feudū, quæ-
3 stio. 90. vers. quid si vasallus. Pro qua opinio faciunt primo tex. in cap. imperialem, §. fi. de prohibita feudorū alienatione tex. in cap. 1. de contentione feudi, inter generum fidelem, & agnatos, ex quibus cōstat quòd certi iudices assignari debent in quæstio-
4 nibus feudalibus. Secundo facit tex. in cap. ex parte. de foro competenti, ibi *Dicta Regina*, vbi causæ feudalis cognitio pertinet ad Iudicem ordinarium, et
5 feudario reclamāte. Tertio facit tex. in l. fin. iuncta, l. cum aliquid, C. vbi causæ fiscales text. in l. 1. C. de officio præfecti vrbis, & tex. in cap. per hoc de hereticis, lib. 6. ex quibus constat, quòd quando concluditur iurisdictio alicui, cumulatiuè, & non priuatiuè conceditur, ergo quamuis ab Imperatore, vel Principe alio iurisdictio dominis feudorū concedatur, cumulatiuè, & priuatiuè concessa videtur, hoc est non priuando clericos à iurisdictione Ecclesiastica. Vltimo etiam pro hac opinione faciunt tex. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, de constitutionibus, tex. in cap. ad audientiam de consuetudine, & in cap. 2. & 3. de iudicijs, ex quibus iuribus patet laicū incapacē esse iurisdictionis Ecclesiasticæ. Neq; potest clericus iurisdictioni seculari se submittere, cap. 1. cap.
signi-

significasti, de foro competēti; igitur per receptionem feudi effici non debet iurisdictionis secularis, videlicet, domini feudi.
7 Sed contrariam opinionē veriorem, & receptiorē semper iudicaui, videlicet, dominū feudi in quæstionibus, & causis feudalibus ortis inter clericos vasallos competentē Iudicem esse, & coram ipso clericū esse conueniendū, quod defendunt Glo. in capit. Summa, 11. quęst. 1. Panorm. in d. cap. cęterum, quia nos, de iudicijs, num. 6. & Decius ibidem, num. 4. Marianus, in cap. ex transmissa, limitatione 4. de foro competēti, Iacobinus de feudis, verbo edicti vasalli, num. 3. Pro qua faciunt, tex. in d. cap. ex trāsmissa, de foro competēti, & in cap. verū, eodem tit. vbi dominus feudi Iudex competēs dicitur, in quæstionibus faudalibus, quæ oriuntur inter clericos. Secū-
8 do facit tex. in d. cap. cęterū, de iudicijs, vbi si dominus feudi fuerit paratus iustitiam prebere, corā eo decidi debet quæstio feudalis, inter clericos orta.
9 Vltimo facit optima ratio Panormitani, vbi supra, videlicet, quòd quando iurisdictio datur ex ratione speciali, quæ pariter conuenit clericis, & laicis etiā clericos comprehendit; sed iurisdictio feudalis est huiusmodi, ergo comprehēdit etiā clericos. Et hæc sunt potissima argumenta, & iura, quæ pro hac secūda opinione faciunt. Sed qui priorē defendūt opinionem respondēt, tex. in d. cap. ex trāsmissa, ibi milites, esse clericos vasallos, & in d. cap. verum, propositum

situm non esse clericum ex tex. in d. cap. cęterum de iudicijs, loqui de domino Ecclesiastico, & ratione Panormitani conuinci ex defectu capacitatis.

10 Sed his solutionibus non obstantibus verior, & communior est secunda opinio, & ita non obstant pro prima opinione adducta. Et in primis non obstat tex. in d. cap. imperialem, §. feudorum, & in d. c. 1. de contentione feudi, quia loquuntur, quando cõtenditur inter vasallos vnius domini, & inter vasallos alterius domini, vel inter vasallum, & non vasallum, vel inter vasallum, & dominum. Tunc enim cõtrouersia defertur ad pares curię: ne dominus ius sibi dicat, ita intelligenda sunt illa iura, & tex. in cap. 1. de contentione feudi inter dominum, & vasallũ.

11 Sic explicat Velascus de iure emphyteutico. quæst. 39. num. 14. Neque secundo obstat tex. in d. cap. ex parte. de foro competenti: quia Reginam ibi cõstat viduam esse, & sic miserabilem personam, & ea ratione Ecclesiasticum Iudicem competentem esse illius. Sed reijcitur hæc interpretatio, quia ex eo, q̃d miserabilis sit, non gaudet priuilegio fori Ecclesiastici, secundũ ea, quę latè tradunt Doctores, in d. ca. ex tenore. Quare Decius, in d. cap. cæterum de iudicijs. dicit illam Reginã viduam esse, & inspecta dignitate regia pauperem reputari, & dicit commune. Tiraq. in repetitione, l. si vnquam. C. de reuocandis, donatio. vers. facultatem, num. 2. Sed damnatur hæc interpretatio, quia nec ex tex. constat. nec Papa

ex eo fundatur. Qua de cã ego dico Reginã viduã esse, & per spoliũ oppi essam, & cõstat ex litera ibi, *oppressis aũt cõsuluit ius pontificium.* Idẽ in c. si quis de potẽtibus. 24. q. 3. in c. cõquestus. de foro cõpetenti, c. cũ sit generali, eodẽ tit. Et ideò ad hoc ille tex. celebris est, ꝙ persona miserabilis, & oppressa põt aduersarios cõuenire corã Iudice Ecclesiastico, secundũ Innocen. & Panor. nu. 11. Felin. nu. 1. ibidem. Et hac
12 igitur ratione excluditur ibi dominus feudi. Neq; tertio obstat tex. in d. l. final. iuncta l. cũ quid. C. vbi causæ fiscales, cum alijs, quia regula illorũ iurium, videlicet, qñ iurisdictio conceditur, cumulatiuè cõcessa intelligatur, debet intelligi, secus esse in causis feudalibus, nam tũc priuatiuè cõceditur. Ratio quidem est, quia iurisdictio hæc specialiter est cõcessa ab Imperatoribus in supra allegatis iuribus, & in d. c. imperialem, Pontificisq; maximi approbatione: quod etiam in d. c. ex transmissa. à Romano Pontifice approbatum fuit. Et ratio naturalis id postulat: nam sicut magister expertus alicuius artis, in iudicando circa artem alijs prefertur, sic dominus feudi circa quæstiones feudales preferri debet.
13 Neque obstant quæ vltimo diximus, quia regula illorum iurium restringitur in causis feudalibus, vt supra dictum fuit. Sic intelligendum est tex. in d. cap. ex transmissa, vbi milites erant clerici, & ea ratione cognoscebat Episcopus, donec fuit inhibitus, & text. in d. cap. verum, vbi absq; difficultate præposi-

positus erat clericus, idem probat tex. in d. cap. caete rum, vbi cognitionem habeant Iudices ordinari, & à Papa fuerunt inhibiti, & cognitio delata fuit domino feudi. Nec repugnat Episcopum esse: quia non defertur vt Episcopo, sed vt domino feudi. Approbauit ergo Pontifex dominorum cognitionem lege imperiali inductam, vbi supra. Praeterea ita intelligendus est tex. in cap. solicitè, de maioritate, & obediētia, ibi *ab eo suscipiuntur temporalia,* quia verba illa referenda sunt ad feudum, quia per susceptionem feudi efficitur vasallus, glo. verbo suscipiũ tur, & est communis secundum supra relatos. Item sic intelligendus est text. in cap. cum parati. de appellat. vbi Episcopus Zamorensis Romam vocatus excusatur regia legatione. Propter temporalia Regi enim obtemperare debet, quod accipiēdum est, quando generaliter vocatus est: nam si specialiter vocaretur, magis debet Papae obedire, ex iuramēto praestito, vt in cap. ego. de iure iurando. Nec hoc casu excusaretur alio iuramento fidelitatis Regi praestito: quia semper intelligitur excepta superioris au toritate, vt in ca. venientes, de iure iurando. Vltimo ita intelligendus est, tex. in cap. Romana, §. debet de appella. lib. 6. ibi *alio iure speciali,* refertur enim ad iurisdictionem feudalem; quam iam Pōtifex videtur approbasse, glo. ibi verbo alio, recepta à Dominico, & à Decio, in rubr. de appellatio. in fine, & à Iacobo Mandalo cons. 81. num. 15.

SVMMARIVM.

1 *IVrisdictionem secularem separatam esse ab ecclesiastica, & ob hoc secularem exerceri non posse, à Iudicibus ecclesiasticis, defendit quadam communis opinio.*
2 *Vnicuique seruanda est propria iurisdictio.*
3 *Auctoritate diuina secularis iurisdictio consistit.*
4 *Ecclesiam habere vtramque iurisdictionem, & vtrumque gladium, defendunt Doctores.*
5 *Feudalis quæst. inter graues personas orta, interdum à Romano Pontifice deciditur.*
6 *Iurisdictio secularis, & ecclesiastica competit Ecclesiæ.*
7 *Iudex ecclesiasticus iurisdictionem habet ad cognoscendum de dote.*
8 *Verior opinio est, quod Ecclesia habet vtrumque gladium, & vtramque iurisdictionem.*
9 *Iurisdictio secularis principibus secularibus competit in habitu, & in actu, sed Romanis Pontificibus concessa est ex diuina institutione in habitu, & potentia.*
10 *Interpretatio ad cap. quicunque, 11. quæst. 1.*

QVAESTIO IX.

AN ECCLESIA HABEAT VTRVMQ; gladium, & vtrumq; iurisdictionem, videlicet, secularem, & ecclesiasticam.

1 IVRISDICTIONEM secularem separatam esse ab ecclesiastica, & ob hoc solummodo Principibus secularibus, & illorum ministris competere, & à iudicibus Ecclesiasticis exerceri non posse, dicunt communem opinionem Doctores, relati

lati à Rolando à Valle conſ.86.& 88.vol.1. & rela ti à Victoria in prima Eccleſiæ poteſtatis relatione,§. decernimus. Michael Vſcurrunus de regimine mũdi,quæſt.2.num.60. Bal.in proœmio digeſti, vete-
2 ris,Soanetus de Romano Imperio, nu.176.Pro qua opinione facit primo, quod vnicuique ſeruanda eſt propria iuriſdictio, l.ſi quis ex aliena. ff.de iudicijs, cap.peruenimus,in fin. 11.quæſt.1.cap.venerabilẽ, de lectione.Propia enim dicitur quo ad Eccleſiaſticos ſpiritualis,quoad laicos ſecularis;& vna ab altera ſeparatur,ex cap.quoniã, 10.diſtinct.cap.cum ad verũ,cap.duo ſunt cap.ſi Imperator, 96.diſtin.cap. ſolicitè de maioritate, & obedien.authẽ. quomodo oportet, §.definimus collatione, 4. & in authen.de non alienandis vel permutandis collatione,1. Igitur
3 Eccleſia ſolum habet eccleſiaſticã iuriſdictionem. Secundo facit, quòd authoritate diuina iuriſdictio ſecularis conſiſtit,dict.cap.quoniam, cap.duo ſunt. cap.ſi Imperator.96.diſtinc.ergo Eccleſia nõ habet iuriſdictionẽ ſecularem, quia inter iuriſdictionẽ eccleſiaſticam, & ſecularem debet eſſe diſtinct.

4 Sed contrariam opinionẽ, videlicet Eccleſiã habere vtramq; iuriſdictionẽ, & vtrumq; gladiũ, defendunt Abbas,num.11.Innoc.4 Dec.7. Nauarrus tertio notabili.num.19.Alciat.25. in d.ca.nouit de iudicijs Couarr.& ab eo relati in regula peccatũ, 2. par.§.9.num.7.Roland.conſ.1.num.93.vol.1.Menoch.in conſ.cauſę Ferrarienſis, num.138. Soto de

5 iust.& iur.lib. 4.quæst.4.art.1.Pro qua opinione facit primò tex.in d.cap. nouit de iudicijs, vbi quęst. feudalis inter Regem Angliæ,& Franciæ orta suscipitur à Romano Pontifice decidenda. Secundo faciunt tex.in cap.1.22.distinc.c.relatum,10.quæst.1.cap.alius.15.quæst.6.cap.ab Apostolicæ,de re iudicat.lib.6. ex quibus iuribus, vtramq; iurisdictio-
6 nem constat habere Ecclesiam.Tertio facit tex.in c. de prudentia.de donationibus inter virum,& vxo-
7 rem, vbi Iudex Ecclesiasticus cognoscit de dote,de qua quidem non cognosceret,nisi haberet vtramq; iurisdictionem.

8 Sed in hac quæstione dicendū est hanc secundā opinionē veriorem esse, & sine dubio obseruādam. Et sic non obstant iura adducta prima opione, quæ probant vnicuique seruandam esse suam iurisdictionem,& seculaŕe principibus secularibus,& illorum ministris competere, Ecclesiasticam autē Romano
9 Pontifici,& Prælatis cōuenire.Quoniam respondēdū est iurisdictionē secularem, vel temporalē principibus secularibus competere in habitu,& in actu, Pontificibus verò diuina institutione datam esse in habitu,& potentia,quæ reducitur ad actum,& exercitiū,quoties iusta reductionis cā successerit. Quod vt perfectius intelligatur constituo Romanū Pontificem habere duplicē potestatem, quarū prima dicitur ordinis,& hæc ad Sacramentorū administrationem pertinet,& ad fori interioris continētiam, quę appel-

appellatur etiam potestas clauiũ designata Mathei. 16. ibi tibi dabo claues,&c.& ex illo Ioannis, 20. accipite Spiritũ Sanctum.&c.& habetur in cap. in nouo, 21. distinct.& in consl.Triden. sessi. 14. cap. 1. 5. & 6. Altera potestas est iurisdictionis, quam non solũ in personas ecclesiasticas, verũ etiam in seculares ex iuxta causa habet. Et hæc data fuit Petro, & successoribus, ex supra citatis autoritatibus, & ex illo, Mathæi 18. Quodcunque ligaueris,&c. ad cõseruãdam Ecclesiæ maiestatẽ. Ac proinde permissum est Romano Pontifici ex causa, leges diuinas interpretare, humanas condere, ex eis iudicare, sentẽtias proferre, censuras decernere, inobediẽtibus resistere. Et hæc iurisdictio secularis dicitur, qñ in personas seculares exercetur. Quam Romanus Pontifex, & Prælati ob vitandũ peccatum, vel alterius eminens dãnum, solent ad actũ reducere, quamuis eam iurisdictionẽ in habitu, & potentia habeãt. Et ita iusta causa reducendi talẽ iurisdictionem ad actũ, & exercitiũ reputatur peccatum præsens, vel futurũ. Et propter hanc rationẽ Romanus Pontifex, medicos quãtumcunq; laicos obligat, ne postea infirmos visitẽt, si in graui infirmitate constitutos peccata non fuerint cõfessi. cap. cũ infirmitas, de penitẽtijs,& remissionibus. Et ita accipienda est glossa in verbo principaliter, in l. hæreditatibus, de hæredibus instituẽdis, & glossa, 1. in cap. Episcopus. 6. quæst. 2. & per hoc satisfit fundamento, 1. primæ opinionis.

10 Neque obstant iura, quæ vltimo pro prima opinione adduximus; quia verum est, Principes habere iurisdictionem secularem, Pontificem verò ecclesiasticam, & sic has iurisdictiones auctoritate diuina consistere: quia respondetur hoc intelligendũ esse, vt supra diximus, videlicet, Principes seculares habere iurisdictionem secularem in actu, Pontificem eandem in habitu, & potentia, quæ succedente iuxta causa, reducitur ad actum. Ita interpretandus est tex. in dict. cap. quicunque. 11. quæst. 1. vbi Theodosius, & Carolus Imperatores, Pontificis iurisdictioni se subijcierunt. Præterea eodem modo interpretatur text. in cap. omnes, 22. distinctio. vbi Romanum Põtificem dicitur habere terrenum imperium, quod intelligitur in habitu, & potentia. Ita etiam interpretandus est text. in capit. relatum 11. quæstio. 1. quamuis ex hoc text. plures contenderunt Pontificem vtramque æqualiter habere iurisdictionem. Sed valdè falluntur, quia ibi causæ ecclesiasticæ, & seculares, Apostolis deferebantur eo tempore, cum non essent adhuc Principes Christiani. Sed quam primum Christiani extiterunt, separatum fuit iurisdictionis exercitium, & Ecclesia, nisi ex iuxta causa, vt supra, secularem iurisdictionem non exercuit.

SVMMARIVM.

1 *PRocuratorem alieno nomine contrahentem, non obligari, defendunt plures Doctores.*

Con-

2 Contrahens nomine officij eo nomine censetur obligatus, & non proprio.
3 Qui procuratorem non obligat eius nomine priuato, non sequitur illius fidem.
4 Contractus non operatur vltra agentium intentionem.
5 Procuratorem contrahens mandato domini efficaciter obligatur.
6 Omnis obligatio à personis contrahentium, initium sumere debet.
7 Procuratori acquiritur directa actio, ex contractu ab ipso celebrato.
8 Efficaciter obligatur Procurator.
9 Procurator volens obligare propriam personam, vel personam domini eius voluntas quocunque modo sortitur effectum.
10 Procurator contrahens mandato domini, efficaciter obligatur.
11 Intellectus ad l. fin ff. de institoria actione.

QVAESTIO X.

AN PROCVRATOR ALIENO NOmine contrahens obligetur.

1 PARTEM negatiuam (videlicet, procuratorem alieno nomine contrahentem non obligari) defendunt relati à Bar. in l. si se non obtulit, ff. de re iudic. num. 2. & in l. Procurator, ff. mandati. Paulus de Paulus de Castr. in l. 1. §. exitorem, ff. de excitoria actione, & cons. 22. num. 2. vol. 1. Dec. cons. 510. nu. 4. Molineus in rubr. ff. de verb. oblig. num. 78. qui omnes dicunt cōmunem opinionem.
2 Pro qua sententia facit primo tex. in l. fin. ff. de institoria actione, vbi contrahens apposito nomine officij, censetur nomine officij, & non proprio nomine obligatus. Secundo facit, quòd qui non obligat
3 Procuratorem nomine eius priuato, non sequitur illius fidem priuatam, sed procuratoriam, vel constituen-

tuentis: ergo Procurator nomine suo nõ obligatur, ciuiliter, nec naturaliter: argumento tex. in l. cũ amplius, §. hæc natura, ff. de regul. iur. & sibi debet imputari qui cum eo contrahit, l. qui cum alio. ff. de re-
4 gul. iur. Tertio facit; quia contractus agentium non debent vltra eorum intentionem operare. l. nõ omnes numeratio, in princ. ff. si cert. petatur. Sed cõtrahens vt Procurator, non vult nomine proprio cõtrahere, vel obligari, ergo nomine ꝓprio nõ obligatur.
5 Sed contrariam sententiam (videlicet Procuratorem contrahentem mandato domini efficaciter obligari) defendunt relati à Ias. in d. l. si se non obtulit. num. 2. & 3. & ibidem Angelus, referens ita Flo-
6 rentiæ fuisse iudicatum. Pro qua sententia facit primò, quòd omnis obligatio in personis contrahentium initium sumere debet. l. quæcũque gerimus, ff. de obligationibus, & actionibus, & ideò Procuratorum obligatio domino non acquiritur, d. l. quæcunque gerimus, l. ea quæ ciuiliter. ff. de acquir. rer. domin. l. stipulatio ista. §. alteri, ff. de verbor. obliga. l. solutũ. §. per liberam. ff. de pignorat. actione, l. quo tutella vers. nemo. ff. de regul. iur. Et ideò nec Procuratorem dominus obligari alteri non potest. Vnde si cõtractus valet, & ex eo obligatio nascitur, ipsum Procuratorem contrahentem obligari necesse est,
7 & contra eum actio dari. Secundo facit, quòd ex cõtractu Procuratoris, ipsi Procuratori acquiritur directa actio. l. in causa, l. Procurator. ff. de procuratorib.

&

& dominus gerere non potest, nisi prius mandatis actionibus. l.si procuratorem, §.si liber homo.l.idē §.si quis alicui.§.fin.l.cum seruus, §.vltimo, ff.mandati. Ergo mutuę obligationes inter procuratorem, & alterū contrahentem oriuntur; & ipse procurator
8 efficaciter conueniri poterit. Vltimo facit text.in l. procurator qui pro euictione.l.seruum Titij.ff.mādati, in l.1.§.est autem, ff.de exercitoria actione.l.si quis mancipijs, §.seruum.ff. de institoria actione.l. illius. §. impuberis, ff.de euictionibus, l.prior.§.in eum.ff.de administratione rerum ad Ciuitatem pertinentium, ex quibus iuribus constat procuratorem efficaciter obligari.
9 Sed hanc controuersiam Doctores cōiter cōponunt, quòd aut procurator voluit obligare personā propriam, vel personam domini, & vtroq; casu voluntas eius effectum habet. aut simpliciter contrahit, & tunc si ex illo contractu aliqua obligatio sibi acquiritur, etiam ipse manebit obligatus, vt in specie, tex.in d.l.seruū Titij: aut ex contractu nihil acacquiritur procuratori, & tunc nec ipse procurator obligabitur, iuxta tex.in d.l.fin.ff.de institoria actione. quam distinctionē obseruat Bart.in d.l.procurator, qui pro euictione Castr.num.2. Imol.1. Ias. & Vincentius, 4. in d.l.si se non obtulit. ff.de re iudic. & receptam concordiam testantur Ripa ibidē.nume.11.& Socin.154.lib.2. pro qua interpretatione induci solet tex.in l.solutū, §.per liberā. ff.de pigno. actione.

actione. Sed conuincitur hæc cõmunis concordia, quia attẽta eã doctrina dicendũ est, indistinctè procuratorem teneri ex omni contractu, ex quo mutuę proficiscuntur actiones: cum semper actio directa procuratoria acquiratur, l. si procurator, ff. de procu
10 ratorib. Vnde reiecta ea concordia verior est secunda opinio, videlicet procuratorem contrahentem mandato domini efficaciter obligari, iuxta tex. in l. procurator qui pro euictione, qui quãuis loquatur eo casu quo procurator fidem suam astrinxit (vt aduertunt Doctores) etiam procedit eo casu, quo simpliciter contrahit, vt constat, ex tex. in d. l. seruũ Titij, & ex similibus pro hac secunda opinione citatis.
11 Neque obstat tex. in d. l. fin. ff. de institoria actione; cuius fundamento Doctores supra citati, priorẽ opinionem defenderunt. Nam ibi Octauius Terminalis institor nullum contractũ celebrauit; quia Gaius Seijus non credidit ei pecuniam; sed mensę numulariæ Lucij Titij: nec Terminalis institor promissit Caio Ceijo pecuniam illam redditurũ: sed ad fidem præstandam dedit cautionẽ, qua declarauit mẽsam mille denarios accepisse numerandos certa die: Vnde Terminalis nec ex causa crediti conueniri poterit, cũ ipse nihil acceperit, nec ex verbis, Epistolę cũ nullam contineant promissionem, sed fidẽ negotij celebrati cũ mensa. Quòd inter alios rectè aduertit Bar. in d. l. si se non obtulit, & Fulgotius ibidem, quá interpretationem sequitur Alex. cõs. 28. num. 5. volum.

lum. 6. Socin. consil. 154. num. 2. volum. 2. Cæteraq; prioris opinionis fundamenta facilè à Doctoribus, qui secundam opinionem defendunt, diluuntur.

SVMMARIVM

1 *Contra procuratorem, qui propter eius contumaciam, condemnatur in expensis, faciendam esse exequutionem, defendunt plures Doctores.*

2 *Mandatum generale, nunquam comprehendit delictum.*

3 *Procurator quamuis sit contumax, & ob illius contumaciam condemnetur in expensis, exequutionem non aduersus illum sed contra dominum faciendam esse defendunt plures Doctores.*

4 *Imputari debet domino, damnum pigri, & minus diligentis procuratoris.*

5 *Dominus conuenitur ob rem non defensam, à procuratore.*

6 *Missio in possessionem ex primo decreto, fit ob contumatiam procuratoris.*

7 *Procurator contumax in respondendo positionibus, facit dominum haberi pro confesso.*

8 *Procurator qui ob illius contumatiam fertur sententia contra dominum in expensis, si doli particeps est, retractatur sententia, & dominus repetit ab eo expensas.*

QVAESTIO XI.

AN SI PROCVRATOR PROPTER contumaciam suam, condęmnetur in expensis, sit facienda executio contra procuratorem, vel contra dominum.

1 IN hac quæstione faciendam esse executioné contro procuratorem, defendunt Speculator titulo de executionibus sententiarum, §. sequitur vers. Sed quid si procurator. Bart. in l. si se non obtulit. & Ripa

Ripa ibidem,num.4.ff.de reiudicata,qui plures pro hac opinione referunt, & secundũ hac opinionem iudicatũ fuisse olim à Clemẽte Pontifice, refert idẽ Bart.vbi supra. Pro qua opinione facit primò tex.in l.vnica ibi, *si Procurator tuus, vel tutorius dicendi non*
2 *obtemperauerit*. Secundo facit,quòd mandatũ generale nunquam comprehendit delictum, l.1.§. quõtiens,iuncta glo.verbo quoties verius.ff.de vi, & de vi armata: nec comprehendit factũ propter quod veniat imponenda pęna,vt docet Bar. per tex.ibi in l.si procurator,num.7.ff.de conditio.indebiti.Quã opinionem plurimũ exornat Felin.in cap.1. num.8. vt lite non contestata Menchaca quæstionum vsu frequentium,cap.18.num.4.
3 Sed contrariam opinionem (videlicet, exequutionem faciendã esse contra dominum) defendũt Ioãnes Andreas,Ostiensis,& Anthonius,in cap.1.vt lite non contestata:quos sequuntur Cummanus,in d. l.si se non obtulit.ff.de re iudicata,num.2. Angelus, & Ias.ibidem, num.13. Pro qua opinione facit pri-
4 mò tex.in d.l.si se non obtulit.ff.de re iudic.Secũdo facit quòd imputandũ videtur domino, qui minus diligentem procuratorẽ elexit,argumento, tex.in l.
5 eum,qui.§.fin.cum.l. sequenti. ff.cõmodati. Tertio facit quòd ob rem nõ defensam à procuratore, dominus conuenitur.l. non cogendũ. ff.de procurato.
6 Quarto facit, quia propter contumaciã procuratoris,fit missio in possessionem cõtra dominũ,ex primo

mo decreto, lex eum qui. C. de procurat. & sic in effectu fit executio expensarũ contra dominũ, qui non auditur nisi solutis expensis, lex cũ proponas auctentica ei cui. C. de bonis authoritate iudicis possiden-
7 dis. Quinto facit tex. in l. non solũ. in princ. ff. de procurator. vbi contumatia procuratoris nolentis respondere positionibus, facit dominũ haberi pro cõfesso. l. fin. §. quòd si actor. C. de iure iurãdo propter calũniam, cap. 2. de confessis, lib. 6. Et hæc secunda opinio mihi probabilior videtur, videlicet executionem faciendam esse contra dominũ. Verum tamen est, quod postmodum dominus potest à procuratore expẽsas repetere, si sit soluendo: sin minus & aduersarius contumaciæ, & doli particeps est, sententia hoc casu retractabitur, quod idem videtur dispositum in nostro Regno in foro si algu. de procuratoribus, lib. 2. fororum.

SVMMARIVM.

1 *QVI habet iura cessa ab alio, dicitur procurator in rem suam cõmuniter per Doctores.*
2 *Per solam cessionem actionis, nemo efficitur procurator in rem suam.*
3 *Per cessionem, solummodo incessionarium, transit actio vtilis.*
4 *Plus iuris habet procurator in rem suam, quàm cessionarius.*
5 *Intellectus ad l. 3. C. de nouationibus.*
6 *Debitor soluere non potest habẽti directas actiones, si alius vtiles actiones habet.*
7 *Intellectus ad l. fin. ff. de transactionibus.*
8 *Interpretatio ad l. in princip. ff. ad Trebell.*

QVÆ-

QVAESTIO XII.

AN PER SOLAM CESSIONEM actionis, constituatur procurator in rem suam.

1 COMMVNITER receptum est, eum, qui habet iura cessa ab alio, ad suam vtilitatem, procuratorem in rẽ suam dici, argumento, tex. in l. si procuratorẽ, §. fin. in fin. ff. mandati. Atq; ita ex sola cessione actionis, constitui procuratorem in rẽ suam docent Speculator, titu. de procuratore. §. sequitur. vers. in summa. Bal. in l. si quidẽ, col. 2. C. de obligationib. & actionibus. Et cõiter receptũ dicunt Ias. & Ripa in l. si se non obtulit. ff. de re iudic. num. 8. & Marantã, qui hãc opinionem plurimum exornat, in l. si actor. num. 151. ff. de procuratorib.

2 Sed contraria opinio videlicet per solam cessionem actionis, neminem constitui procuratorẽ in rẽ suam, verior est. Pro qua faciunt tex. in l. si procuratorũ, §. fin. ff. mandati, tex. in l. 2. in fin. ff. famil. ercis. tex. in l. 3. §. item Labeo. ff. de in rem verso. & text. in l. si solutũ. C. de obligationib. & actionib. Ex quibus omnibus iuribus constat, quòd cessis, & mandatis actionibus etiam requiritur, vt procurator in rem suam constituatur, quod frustra exigeretur si ex sola
3 cessione efficeretur quis procurator in rẽ suam. Quare dicendum est, per cessionem dumtaxat, transire actio-

actionẽ vtilem, l. 2. C. de obligationib. & actionib. quia directa ab ossibus, cedentis deuelli non potest l. quis ergo. ff. de peculio, notatur in l. 3. & sequẽti. ff. p socio, & tũc cessionarius dominus est vtilis actionis, & si eam mouerit non poterit dici procurator, sed dñs litis. Sed quia plerumq; interest cessionario experiri directis actionibus, propter multas vtilitates quas tradũt Doctores in hac materia. solet interdũ dominus procuratori concedere post cessionem vtilium exercitium directarũ actionum, vt cessionarius eo iure vtatur, quo fungeretur dominus.

Quo facto procurator in rẽ suam à domino constituitur, respectũ exercitiũ directarum, quas necessario exercere debet procuratorio nomine cedentis.
4 Ex his deducitur, plus iuris habere procuratorem in rem suam, quam cessionarium, cũ cessionarius solam vtilem actionem habeat, procurator in rẽ suam non solum vtilem, sed etiam exercitium directè. Ex
5 qua declaratione infertur interpretatio ad text. in l. 3. C. de nouationibus, vbi probatur cedentem iura apud se retinere directã actionem, qua experiri potest, nisi habens vtilem litem contestatus fuisset, vel partem debiti acceperit aut denuntiauerit debitori, ne solueret, habenti directam. Quòd adeò verum est, vt non sufficiat scientia debitoris, sed necessaria sit denunciatio cessionarij, ad hoc vt à debitore exigi non possit, vt docet gloss. in l. nemo, verbo vtilibus, C. quae res pignori obligari possunt, quam se-

quuntur Cumanus, consil. 4. num. 4. Alexand. in l. si cum emptore, num. 4. post principium, ff. de pactis, Ias. in l. 1. nu. 4. ff. de noui ope. nunt. & Soc. in reg. 73.

6 Quæ sentẽtia valde difficilis est, quia verius videtur, debitorem soluere non posse habenti directas, si alius actiones vtiles habeat, & ideò exceptione se tueri non posse, si ab eo, qui vtiles actiones habet cõueniatur, nisi ignorauerit in eũ fuisse translatas, iuxta textum singularem, & valde difficilẽ in l. fin. ff. de transactionibus ibi propter ignorantiam: ex quibus verbis colligitur à contrario sensu, esse denegãdam exceptionem debitori, si sciret, quamuis ei non fuisset denunciatum. Cui difficultati Doctores communiter respondent tex. in d. l. 3. procedere, quando actiones ita ceduntur, vt pertineat ad cedẽtem commodum, & earum periculũ, tex. verò in d. l. si quãdo commodum, & periculum pertineat ad cessionarium. Quam obseruationem obseruat Bar. in l. facta §. si hæres, ff. ad Trebell. & communem opinionem 7 legistarum testatur Imola in cap. fin. in fin. de alienatione iudicij, Ias. in l. si cum emptore. nume. 7. ff. de pactis. Parisius, consil. 19. col. fin. lib. 3. Sed conuincitur hæc interpretatio primò, quia nimis restringit generalitatẽ tex. in d. l. 3. quam procedere etiã quando cessio fit in vtilitatẽ cessionarij, docet glo. in d. l. nomen. quam defendit Bal. cons. 283. ad finem lib. 2. & receptam testatur Cumanus, d. cõl. 4. Afflictus decision. 335. num. 4. Secundò quia tex. ille necessario-

rio intelligendus est de cessione facta in vtilitatem cessionarij; patet quia aliàs, etiam in tribus casibus ibi numeratis solui posset, domino directarũ, vt docet Alex. in d. l. si cum emptore, num. 4. ff. de pactis.

7 Vnde reiecta ea interpretatione, & omissis alijs pluribus. respondẽdum est, tex. in d. l. fin. esse intelligendum de eos, qui non solum habet vtiles actiones, sed etiam exercitiũ directarũ, quòd patet, quia in emptorem hæreditatis ipso iure sine vlla cessione transeunt actiones vtiles iuxta textum, in l. emptor. C. de hæreditate, & actione vẽdita. Vnde cum textus dicat emptori mandatas fuisse actiones intelligendum est exercitium directarum. Id enim propriè significant illa verba, vt docet glo. in verbo mãdatam in l. 1. C. de obligationibus, & actionib. quam receptam testatur Salicetus ibi, num. 2. Alexand. in l. ex asse, num. 6. ff. ad Trebellianum. Quæ interpretatio probatur primò, quia aliàs inutilis esset cessio, cum per eam non transferantur vtiles actiones, quę iam vẽditione hæreditatis fuerunt translatæ. Secũdo probatur ex tex. in d. l. emptor, vbi habẽti vtiles, mandatur exercitiũ directarum, & constituitur procurator in rẽ suam, quia duplex vinculum fortius est vno, authen. itaq; C. communia de successionibus. Efficatius est ius cessionarij, & longè debilius ius cedẽtis. quòd adeo manet elisum, vt actiones suas exercere nequeat. Defendũt Angelus in l. si cum emptore, num. 3. & ibi Alexand. num. 5. ff. de pactis. Vnde

si debitor venditori hæreditatis, soluat sciens non tamen vtiles, per vēditionem hæreditatis, sed etiam exercitium directarum, per mandatū actionum, in emptorem fuisse translatum; si ab emptore conueniatur, exceptione transacti negotij non poterit se tueri, quamuis nulla interuenerit denuntiatio.

8 Ex his infertur, interpretatio ad text. in l. in principium, ff. ad Trebellianum, vbi probatur restituta hæreditate, actiones directas manētes apud hæredē esse omnino inutiles, & sine aliquo effectu. Quod dicit Cumanus vbi supra, esse miraculum Senatus consulti Trebelliani: quē sequūtur Doctores supra relati vbi supra. Sed nimis miratur Cumanus cū ex supra tradita doctrina, & ex his, quæ dicentur apparebit non esse miraculum, sed procedere secundum iuris regulas. Pro cuius rei explicatione sciēdum est, per Trebellianum non solum transferri in fideicōmissarium vtiles actiones, sed etiam exercitium directarum, vt defendunt Castro in dict. l. & ibi Alex. num. 7. Iason. 2. lectura, numero 33. Claudius ad finem Ripa num. 13. Aymon in l. cum filio. 2. parte, num. 142. ff. delegatis. 1. Imola in l. 2. ff. ad Treebell. Pro qua sententia facit tex. in d. l. 2. vbi probatur fideicommissarium constituti loco hæredis, quibus verbis mandatur exercitium directarū actionū. l. 3. vbi notat Bart. ff. familiæ ercisc. notant omnes in l. emptor. C. de hæreditate, vel actione vēdita. Et faciunt, quæ notat. Aret. in l. cum filio. ff. de legatis. 1.

Ruinus

Ruin.conſ.29.nu.9.lib.1. Et ideo merito Papinian. in d.l.fin.ff.de transact. comparauit fideicõmiſſariũ emptori hæreditatis, cui mandatum eſt exercitium directarũ. Vnde deducitur nõ eſſe mirabile, ſed ſm iuris ciuilis pcepta, vt reſtituta hæreditate ex Treb. ſine effectu maneant penes hæredẽ vtiles actiones.

SVMMARIVM.

1 *Referuntur Doctores, qui dicunt executionem prætermiſſo ordine factam valere.*
2 *Forma à lege pſcripta in quocunq; actu eſt illa ſine qua actus nõ valet.*
3 *In executione, interdum eſt incipiendum, à nominibus debitorum.*
4 *Bona meliora capi poſſunt, pro ſatisfactione debiti.*
5 *Executio facta non ſeruato debito ordine, eſt nulla.*
6 *Executio quando facta eſt non ſeruato debito ordine, ab ea appellari poteſt.*
7 *Ordo ſeruandus in executione non reſpicit fauorem creditoris, vel debitoris.*
8 *Legis diſpoſitio effectum ſortiri debet.*
9 *Intellectus ad l. magis, puto, § ſi pupillus, verſ. qrere, ff. de rebus eorũ.*
10 *Intellectus ad textum in authen. hoc niſi debitor. C. de ſolutionibus.*
11 *In executione facienda bona capi debent quæ minus damnoſa ſunt.*
12 *Agens actione hypothecaria in executione, non tenetur ſeruare ordinem: neque in debitore fiſcali ordo ſeruandus eſt.*

QVAESTIO XIII.

AN EXECVTIO FACTA, PRÆTERMISSO iuris ordine (videlicet, ſi prius mobilia, deinde immobilia, poſtea iura, & actiones non accipiantur,) valeat.

1 AFFIRMATIVAM partem (videlicet executionem factam, prætermiſſo iuris ordine valere) defendunt Bar. in l. à diuo Pio. §. in venditione.

num.8.de re iudicata.Iohannes Andreas, in c.quoniam frequenter.§.fin.vt lite non contest. Bald.in l. ab executione.C.quorũ appellatione non recipiantur,& in d.cap.quoniam frequenter, §.fin.vt lite nõ contestata,Ias.in l.à diuo Pio.§.in venditione num. 19.Pro qua sententia facit primo, quod lex eo casu inducit formam,quòd in defectum propositæ qualitatis, reddit nullam dispositionẽ, l.non dubiũ.C. de legibus:& notant Doctores,in l.1.ff.de liberis,& posthum. Sed nullo iure expressum est inutilẽ esse executionem hoc ordine prętermisso.Ergo nec pro forma requiritur ordo, nec eo omisso vitiatur exe-
3 cutio. Secundo facit tex.in l.magis puto. §.si pupillus,vers.quærere.ff.de rebus eorum.in quo innuitur in executione incipiendũ esse à nominibus debitorũ, ex quibus satisfieri debet creditor antequã per-
4 ueniatur ad immobilia.Tertio facit tex. in authent. hoc nisi debitor.ibi quam debitor habet meliorem. C.de solutionibus, vbi probatur bona meliora capi posse pro satisfactione debiti.
5 Sed contraria sententia verior est, videlicet executionẽ prætermisso debito iuris ordine non valere.Quam defendunt Alex.& Imol.in d.l.à diuo Pio. §.in venditione,num.13.& 18.Ias.ibidem,num.19. Roland.cons.32.num.22.vol.3.Felin.in cap.cõsultationem.de senten. & re iudic. Afflictis decis.358. num.7.Pro qua sententia facit tex.in d.l.à diuo Pio. §.in venditione.ff.de re iudic.vbi ordo in executio-
ne

ne seruandus statuitur, videlicet, primo capiēda esse bona mobilia, & se mouētia, deinde immobilia, tertio iura, & nomina debitorum. Et ad idē adaptari possunt tex. in l. ciuitates. ff. quòd cuiusq; vniuer-
6 sitatis nomine, & tex. in l. 1. C. de ptorio pignore. Secundo facit text. in l. ab executione. C. quorū appellationes non recipiantur. vbi si executio fuerit facta
7 prætermisso ordine, ab ea appellari potest. Tertio facit optima ratio, nam hic ordo non respicit fauorē debitoris, cuius magis interest, vt inciperet à iuribus, & actionibus ex l. magis puto. §. si pupillo. vers. quærere. ff. de rebus corū. neq; fauorem creditoris; cuius interest, vt executio fieret in bonis mobilibus: Ergo dicendum est respicere formam executionis.
8 Et ita non obstant argumenta in contrariaā adducta, non primum qui sufficit, quod lex statuat certum ordinē seruandum in executione, & tunc intelligendū esse cum effectu videlicet, sub nullitatis pœna quantūuis lex id nō exprimat. Cum enim certus ordo seruari debeat, ex d. l. à diuo Pio. §. in venditione videlicet, vt prius executio fiat in bonis mobilibus, & se mouentibus, deinde in immobilibus, & postmodū in iuribus, & actionibus debitoris: & his deficientibus tandem deuenitur ad capturam personę. Hic ordo omnino seruādus est, adeò, vt si Iudex, vel executor hūc ordinē peruerterit, dicēdū est executionem esse nullam, propter expressum iuris errorē. Neque secundo obstat, text. in l. magis puto, §. si
9

pupillus,verſ.quærere.ff.de rebus eorum. Quia Doctores cōmuniter reſpondent, id ſpeciale eſſe in minore. Sed hæc interpretatio conuincitur ex tex.in l. Ciuitates, ff.quòd cuiuſque, vniuerſitatis nomine. Qure dicendū eſt tex.illū non loqui,quando creditor contra minorē petit executionem, quia tunc ſeruandus eſt ordo dictus, ſed loquitur, quando tutores pro extenuando ære alieno pupilli, cupiunt bona eius alienare, quia tūc ne paſſim tutores propter æs alienū bona pupillorum vendant,arbitrium eius rei prætori datum eſt, cuius officio conuenit, vt ſequatur ordinem præſcriptum, in d.§.quærere.Quæ interpretatio colligitur ex illo tex.in ver.ne paſſim, vt docet Bar.in d.l.à diuo Pio.§.in venditione.num.1.Quam interpretationem ſecūtur plures Doctores in authen.hoc ius porrectū.C.de ſacroſanct.Eccleſ.

10 Neq; tertio obſtat,tex.in d.authē. hoc niſi debitor. ex quo deducitur,meliora bona capi poſſe,pro ſatiſfctione debiti. Quia dicendū eſt, in hac difficultate plurimū inſiſtere Doctores,& Imol.i d.l.à diuo Pio. §.in venditione.exiſtimat meliora pignora capi poſſe hodie,quamuis olim capi debuiſſent ea, quæ minus debitori nocerent.Sed nullo modo admittenda eſt iuris correctio.Vnde dicendū erit text.illum nō loqui de executione,quæ neceſſario facienda eſt ſecundū ordinem præſcriptum: ſed de datione inſolutū, quæ locum habet, quoties deficiunt pignora, iuxta tex.in dict. l.à diuo Pio.§.ſi pignora, quo caſu

me-

melior res dari debet. Ná cũ creditor cogatur aliud pro alio accipere, cõtra regulam text. in l. 2. §. mutui datio. ff. si cert. petat. in alio releuari debet videlicet, vt meliorem, & vtiliorẽ capiat, argumento text. in l. eũ, qui. ff. de iure iurand. Et hanc interpretationem sentire videtur glo. in verbo meliorẽ in d. authent. hoc nisi debitor. quam sequuntur Purpuratus in d. l. 2. §. mutui datio, num. 14. Vincentius in dicta l. à diuo Pio. §. in venditione. num. 12.

11 Ex supradictis infertur, quod quemadmodũ supradictus ordo seruari debet, in executione, ita eodem modo si bona inueniãtur mobilia, in his ordo seruari debet: ita vt primo capiantur quæ minus nocent debitori, docet glo. in d. §. in venditione, quam sequũtur Bar. num. 5. Alex. num. 13. Ias. num. 10. Pro qua sententia facit, quod executio fundatur in ęquitate, quæ dictat, vt sit litiũ finis, l. terminata. C. de fructibus, & litium expensis, vt docet Bar. in d. l. à diuo Pio, §. sententiam Romę, num. 2. in fine, & fit officio iudicis, qui semper æquitatẽ ante oculos habet. l. ꝗ se effici. §. interdũ. ff. de eo, quod certo loco. Sed ęquitas dictat, vt prius capiantur mobilia minus damnosa: ergo secundũ eam debet fieri executio. Secundo facit, quod verba quantũcumq; generalia ciuiliter intelligenda sunt, & cũ minore detrimento, l. si cui simpliciter. ff. de seruitutibus. Quod tamen intelligendũ est, quando ex alijs minus damnosis, quæ bene, & celeriter potest fieri executio, & non alias,

vt

vt bene obseruabit Cumanus in d. l. à diuo Pio. §. in venditione. Si autem executio fiat in bonis immobilibus ob defectũ mobilium, ordo etiam seruari debet; vt prius capiantur minus damnosa, glo. in d. §. in vẽditione: quæ quamuis loquatur de mobilibus, tamen Alex. ibi extendit ad immobilia, & Bald. in l. ordo. C. de executione re iudic. Et licet dicta resolutio, vt in executione ordo seruari debeat, verissima sit; tamen aliquas patitur limitationes, quarũ prima
12 est, quando agitur actione hipothecaria, quia tunc dictũ ordinem non seruari defendunt Salic. in l. nomen, C. quæ res pignore obligantur, & dicit cõmune Socin. cons. 158. col. 8. vol. 2. Secunda est, quãdo executio fit auctoritate sententiæ interlocutoriæ, & propter contumatiam, ita tenet Bal. in l. 2. col. 3. versic. 3. quæritur. ff. si ex noxali causa agatur, idẽ Bald. in l. 2. col. 1. C. quando fisca. vel priua. Tertio limita in debitore fisci; nam illius persoea capitur non facta executione, vt in l. nemo. C. de exactione tributorũ lib. 10. quas limitationes adducit Maranta de ordine iudiciorum. 6. part. actu. 3. num. 122.

SVMMARIVM.

1 *IN executione sententiæ an requiratur citatio eius partis contra quam mandatur exequi.*

2 *Sententiam posse exequi sine partis citatione, defendit communis.*

3 *Optima animaduersio consideranda, in executione sententiæ.*

QVÆ-

QVAESTIO XIIII.

AN IN EXECVTIONE SENTENTIÆ, requiratur citatio eius partis, contra quam mandatur exequi.

1 IN hac quæstione citò me expediam, solùmodo quæ necessaria sunt, ad eius explicationẽ proponam. Et primo partẽ affirmatiuam (hoc est necessariã esse citationem partis aduersæ) defendũt Ruinus consi.15.num.7.& cons.37.num.9.lib.5.Sinus in l.ab executiore,2.quæst.C. quorum appellationes non recipiantur.Imola in l.à diuo Pio.§.in vẽditione, num.13.Pro qua facit vulgaris regula tex. in l.de vnoquoque,ff.de re iudicata. quam latè prosequũtur Deueñas regula.9.Diaz regula.77.Portius lib.1.conclusionum,conclus.48.Mensius in l.sancimus,de diuersis rescriptis. Secundo facit tex. in l.1. ibi *si cæperis ex sententia conueniri*. C.de iuris,& facti igno.Tertio facit tex.in l.meminerim,C.vnde vi.

2 Verum contrariam sentẽtiam (videlicet, sine citatione Partis posse exequi sententiã) defendit Innocen.in cap.ex ratione,de appellationibus. Et sentire videtur glo.magna propè finẽ in l.1. C.de iudicijs.Pro qua sententia facit tex.in l.qui restituere ff.

3 de rei vendicatio.Sed in hac quæst.distinguendum esse existimo,nam si executio facienda sit in re, vel

in.

in ſpecie contẽta in ipſa ſentẽtia, non eſt neceſſaria noua citatio. Sed ſi in ſententia contineatur genus, vel quantitas, vel contineat certas ſpecies, quæ nõ ſint penes debitorem condemnatum, atque ita in alijs bonis faciẽda ſit executio, tũc neceſſaria erit citatio. Quam diſtinctionem adducit Bartolus in l. à diuo Pio. §. in venditione, numer. 12. Sed in executione inſtrumenti guarentigij indiſtinctè requiri citationem, docent Baldus, in dicta l. ab executore, numer. 6. & ibi Salicetus numer. 9. C. quorum appellationes non recipiantur, Iaſon in dicta, lege prima, numero 15.

SVMMARIVM

1 *Creditor accipiens pignus conuentionale ſibi non præiudicare videtur, pro quo faciunt plura iura.*

2 *Pignus ad iudicatum (pro debito) creditori, illi periudicat, ſi non ſufficiat ad ſolutionem integram.*

3 *Pignora, quæ capi ſolent pro exequenda ſententia, debent eſſe tantæ æſtimationis, vt debiti ſolutioni ſufficiant.*

4 *Tranſactio fieri non poteſt poſt rem iudicatam.*

5 *Remedium, legis ſecundæ, C. de reſcindenda venditione, non habere locum in datione pignoris in ſolutum, defendunt plures Doctores.*

5 *Remedium, l. 2. C. de reſcindenda venditione, habet locum in datione pignores inſolutum.*

7 *Interpretatio ad l. à diuo Pio. §. ſi pignora. ff. de re iudic.*

QVÆ.

QVAESTIO XV.

AN SI PRO EXECVTIONE SENTENtiç, pignora capta, adiudicata fuerint creditori, pro quantitate debiti, si minoris postea ſtimationis fuerint reperta, residuum poſſit amplius peti per creditorem.

1 PRO parte affirmatiua (videlicet poſſe creditorem reſiduũ ſtimationis pignoris adiudicati petere) faciunt tex. in l. quæſitũ, ff. de diſtractione pignoris, l. creditor, ff. ſi cert. peta. l. aduerſus C. de obligationib. & actionib. l. 1. C. de pignoribus, ex quibus probatur creditorem accipiendo pignus conuentionale, nõ idoneũ ſibi non præiudicare, quo minus reſiduũ debiti petere poſſit. Secundo facit, quia in hac adiudicatione adeſt ficta vẽditio. l. ſi prædiũ. C. de euictionibus, l. & elegãter. ff. de pignoratitia actione: ergo ſi pignora minoris pręcij ſint, non poteſt creditor per adiudicationẽ ſibi nocere. Tertio facit nam ſi propter adiudicationẽ non poſſet creditor reſiduum petere, reſultaret maxima captio, & iniũria partium: contra regulam text. in l. 8 ff. de prætoris ſtipulationibus.

2 Sed contraria ſentẽtia longè verior eſt, videlicet, ſi pignus fuerit creditori adiudicatum pro debito, & poſtmodũ repertum fuerit non ſufficere ad ſolutio-

nem

nem debiti, tunc nullũ remedium competere credi tori. Pro qua sentẽtia facit tex. in l. à diuo Pio. §. si pignora. ff. de re iudica. vbi si pignora pro executione debiti capta, emptorẽ non inueniant, & adiudicata fuerint creditori pro debito, quamuis postea mino ris stimationis reperta fuerint, amplius actori actio
3 denegatur. Secũdò facit, quia pignora capi debent tantæ stimationis, vt debito æquiualent, aliàs enim appellari potest ab executore. l. ab executione, iũcta glo. verbo excedat. C. quorũ appellationes non recipiantur. Vnde si creditor non appellauit, credẽdum est tantæ stimationis fuisse. Tertiò facit, nam si pignora capta minoris prætij fuissent, debuisset credi tor illa emere iusto prætio, iuxta text. in l. 2. C. si in causam iudicati. Vnde si beneficio vti maluerit, & desiderauit, vt sibi pignora adiudicẽtur, transigisse
4 videtur, vt in d. §. si pignora. ibi, *quia vel vt pacto tran sigisse*. Neq; obstat post rem iudicatam transactionẽ fieri non posse, vt in l. post rẽ iudicatam. ff. de transactionibus, quia licet post rẽ iudicatam fieri nõ pos sit, de eo, quod iudicatũ est, cum non sit res dubia, nec lis incerta, argumento tex. in d. l. 1. ff. de transac. Tamen super alio, de quo pronunciatũ non est, etiã post rẽ iudicatã fieri poterit transactio, vt docet Ias. in d. l. à diuo Pio. §. si pignora, nu. 1. ff. de re iudicata.
5 Sed dubitari merito potest; an si in huiusmodi adiectione, vel adiudicatione pignoris, creditor vltra dimidiam iusti prætij læsus fuerit, possit dationem

nem

nem pignoris insolutum rescindere, beneficio legis. 2. C. de rescindéd. venditio. Et remediũ huius legis in hoc casu locũ non habere defendit Bald. in l. ordo, num. 6. ff. de exequut. rei iudic. Ale. in l. si quis cum aliter, num. 18. ff. de verbor. obligat. Ias. & Vincent. in d. l. à diuo Pio. §. si pignora. num. 3. ff. de re iudicata. Gurgẽtius, in cap. cum causam, num. 45. de emptio. & vẽd. & relati à Pinello, in l. 2. C. de rescin. vend. 1. part. cap. num. 4. num. 10. Pro qua sententia facit tex. in d. §. si pignora, dũ probat adiudicationẽ pro tota quantitate fieri debere, & ideo nõ posse creditorẽ in quãtitatẽ certã pignora tenere, & residuũ petere. Quia vel vt pacto trãsigisse de cętero videt.
6 Sed cõtraria sentẽtia in puncto iuris, verior, & æquior est. Quam post Andræam, & Oldradũ defendit Claudius in l. si quis cũ aliter. col. fin. in princ. ff. de verbor. obligatio. Cremensis, in d. l. 2. num. 109. ibi Cagnol. num. 163. Pro qua sentẽtia facit optima ratio, nam si aliqua ratione adiudicatio pignoris rescindi non potuisset, ea maxime, quia continere videtur transactionẽ; sed in transactione locũ habet remediũ legis, 2. C. de rescin. vendi. vt defendit Bar. in d. l. si quis cum aliter. Cuius opinionẽ magis receptam testantur plures relati à Pinello vbi supra, nume. 14. & secũdum eam solitum esse iudicari testatur Socin. Iun. cons. 98. num. 17. lib. 2. Ergo etiam in datione insolutũ, & in adiectione pignorũ, locum
7 habebit prædictũ remediũ. Neq; obstat tex. in d. §. si pi-

si pignora, quia responderi solet non procedere eô casu quo tam enormis lęsio contingeret. Nam plura alia iura, quibus denegatur remediũ læsis, limitari solent ex decisione, d.l.C.de rescind.venditio.quam interpretationẽ obseruant Claudius, & Cagnol.vbi supra. Neq; obstat generalitas, d.§.si pignora, quæ omnem læsionẽ excludit. Quia dicẽdum est creditori læso vltra dimidiam, in adiudicatione pignorum, succurrendũ esse beneficio, d.l.2. Nec tex.in d. §.si pignora, hoc remediũ excludere potuit. Cũ Vlpia.conditor illius, non potuit cogitare de remedio dictæ legis, 2.ab Imperatoribus Diocletiano, & Maximiano postmodum introducto, vt contra vulgi opinionem bene defendit Pinel. in d.l.2. cap.1.per totum, & docui ego latè in meo tractatu iuramentalium quæstionum, quæst.27.num.24.

SVMMARIVM.

1 *Nobilis priuilegium habet, vt non possit pro debito ciuili in carcerem detineri.*

2 *Priuilegia nobilitatis, sunt velati iura sanguinis, & ideo videtur non posse renunciari.*

3 *Renuntiari non possunt, quæ à genere, & familia habentur.*

4 *Clericus renuntiare non potest priuilegium fori.*

5 *Patronus causarum videtur quod non possit renuntiare priuilegio, ne suscipiat prouinciales functiones.*

6 *Clericus non potest renuntiare priuilegio Canonis, si quis suadente Diabolo.*

7 *Senator renuntiare non potest legi Iulia Papia.*

8 *Priuilegio maritali renuntiari non potest.*

9 *Prohibitoriæ legi renuntiari non potest.*

10 *Nobiles renuntiare possunt priuilegio nobilitatis.*

Libe-

11 *Libertati renunciat homo, qui patitur se venundari ob pratiũ participationem.*
12 *Fauori, & iuri suo quilibet potest renunciare.*
13 *Recusationi iudicis suspecti potest renunciari.*
14 *Ius cedendi bonis potest renunciari secundum plures.*
15 *Priuilegia nobilibus cõcessa, nõ sũt iura sanguinis, sed iura nobilitatis.*
16 *Intellectus ad l.3.§.quæ vero, ff. de interdictis.*
17 *Priuilegium fori clericis concessum indultum fuit principaliter ordini clericali.*
18 *Intellectus ad l. si quis ex corpore, C. de aduocatis diuersorum iudi.*
19 *Interpretatio ad l. ad diuo Pio. ff. de ritu nuptiarum.*
20 *Interpretatio ad l. alia. §. eleganter. ff. soluto matr.*
21 *Priuilegium probibitorium renunciari non potest, ab eo ad quem verba probibitiua diriguntur.*
22 *Priuilegium nobilibus concessum, vt propter debitum ciuile non incarcerentur, iure Regio non potest renunciari.*
23 *Nobilis occultãs bona in quibus fieri debet executio põt incarcerari.*
24 *Maritus amittit priuilegium dotis, si dolum fecit.*
25 *Furtum committens nobilis, perdit nobilitatem.*
26 *Abutẽs suo priuilegio, amittit illud.*
27 *Filius hæres, qui ocultat aliquid hæred itatis perdit beneficium abstinendi.*
28 *Dolum committit nobilis, qui ocultat bona, ne in eis fiat executio.*

QVAESTIO XVI.

AN NOBILIS POSSIT RENVNCIAre priuilegio, quo potitur, vt propter debitum ciuile non possit in carcerem detrudi.

1 NOBILES iure communi priuilegio potiri, vt non possint pro debito ciuili incarcerari palam est, argumento text. in l. Medicos, C. de professoribus, & Medicis, lib. 10. & la-

tè docent Doctores relati à Couarr.lib.2.variarum, cap.1.num.4.Et ita dubiũ est, an iure cõmuni huic priuilegio renũciare possint. Et in hac quæstione partem negatiuam defendũt Gomesius, 2.tom.variarũ resolut. cap.de qualitate contractũ, nume.54. Auilez.in capitulis Prætorum in Proemio glo.prima, num.2. & 7. Mencha.de succesionum creatione.§.22. num.77. & sequentib. Ortalora de nobili-
2 tate,3.parte num.3. Pro qua sententia facit primo, quòd nobilitatis iura, sunt veluti iura sanguinis.l.1. in principio.ff.de censibus.l.iura sanguinis. ff.de regulis.l. ius autem agnationis. ff. de pactis, l.2.§.quæ omnia.C.de vetere iure enucleando.l.2.C.de iure aureorum.l.stemota.ff.de gradibus, quæ renuncia-
3 ri à parte, vel à lege tolli nequeũt. Secũdo facit text. in l.3.versic.quæ verò non à patre.ff.de interdictis, & relegatis, vbi probatur neminem posse renunciare, vel perdere ea, quæ non à patre sed à genere ha-
4 bet. Tertio facit text.in capit. si diligenti. de foro competenti, vbi probatur, clericum renunciare nõ posse priuilegio fori, quia concessum est toti ordini clericali: ergo cum hoc priuilegium concessum toti ordini nobilium, renunciari non poterit.
5 Quarto facit text.in l.ne, quis ex corpore.C.de aduocatis diuersorum iudiciorum, vbi probatur patronum causarum non posse renunciare priuilegio, ne suscipiat prouinciales functiones, vbi glos.verbo ambientibus reddit rationem, quia aliàs fieret

injuria

6 iniuria toti ordini togatorum. Quinto tex. in cap. contingit, el 2. de sententia excommunicationis, vbi clericus non potest renũciare priuilegio Canonis, si quis suadente; quia fuit in honorem totius or-
7 dinis concessum. Sexto facit text. in l. à diuo Pio, iũcta glos. ff. de ritu nuptiarũ, vbi probatur non posse Senatorem renũciare legi Iuliæ Papiæ, qua cauebatur, vt Senator non possit ducere libertinam.
8 Septimo facit tex. in d. l. alia, §. eleganter. ff. solut. matrimon. vbi priuilegium maritale renũciari non po-
9 test. Octauo facit, quod legi prohibitoriæ renũciari non potest, docet glo. in l. 1. C. de fideiussorib. & ibi Azon, at priuilegiũ nobilibus concessum, vt propter debitũ ciuile non incarcerentur, prohibitoriũ est, igitur renunciari non potest.
10 Sed contrariam sententiam (videlicet, nobiles posse huic priuilegio renũciare) veriorem, & recentiorem semper existimaui. Quam defendit Couar. in cap. quamuis pactũ. 2. par. in princip. num. 5. Mẽcacha de successionũ creatione. §. 29. num. 17. ad finem, & §. 30. num. 296. Baeza de inope debitore, c.
11 16. num. 37. Pro qua sententia facit, quod cũ liber homo possit libertati suæ renũciare, vẽdendo se ad pretij participationem, l. & seruorũ. vers. 1. ff. de statu hominũ, l. non ideò minus, vers. Sed nec hodie. C. de liberali causa, §. maxima inst. de capitis diminutione. Multò magis poterit nobilis huic priuile-
12 gio renũciare. Secũdo facit regula tex. in l. si quis in

conscribendo cũ similib. vbi quilibet fauori, & iuri suo potest renũciare. Cui accedit, quòd contractus ex conuentione partiũ legem accipiũt, l. 1. §. si con-
13 uenerit. ff. depositi. Tertio facit, nam recusationi iudicis suspecti potest quilibet renũciare. cap. 2. de iu-
14 dicijs, & notant Doctores in c. quod suspecti. 3. q. 5. Quarto facit, quòd iuri cedendi bonis renũciari potest, argumento text. in l. fin. C. qui bonis cedere possunt. vt defendũt Federicus consil. 60. Felin. in c. ex rescripto. nu. 11. de iur. iuran. Cappella Tolosana decis. 28. igitur huic priuilegio renunciari potest.

15 Et tenendo hanc opinionem, non obstant argumẽta, & iura pro prima opinione adducta. Non primũ iura sanguinis renũciari non posse; quia priuilegia concessa nobilibus, non sunt iura sanguinis; sed iura nobilitatis. Nobilitas autem sanguinis non est, sed generis qualitas, & quamuis hoc priuilegiũ ius sanguinis esset, non tamẽ de eo poterat intelligi tex. in l. iura sanguinis, qui loquitur de iuribus à sanguine iure naturæ prouenientibus: qualia sunt cognatio, consanguinitas, amor, & dilectio, quæ nullo iure tolli possunt. l. tutelas. ff. de capitis diminutione. Nam iura sanguinis, quæ tributa sunt iure humano, eodem tolli poterunt, vt pacto, vel renũciatione. Iuxta doctrinam glo. in §. quod autem vers. cognationis, inst. de capitis diminutione. Quã sequũtur Bal. in l. 5. §. ius naturale. ff. de iust. & iur. Rom. cõsil. 82. Dec. in d. l. iura sanguinis. num. 3. Neq; obstat

secun-

ſecundũ,ex tex.in d.3.§.quæ verò. ff.de interdictis, & relegatis:quia quamuis text. dicat patrē facto ſuo ſuo non poſſe filio adimere ea,quę à genere,& familia habet,non tamen negat filium poſſe facto ſuo renunciare,vel amittere ea,quæ ſibi ipſi à genere pro-
17 ueniunt. Non obſtat tertium ex tex.in cap.ſi diligē ti,de foro competēti: quia priuilegium fori principaliter indultum fuit ordini clericali: ſecundario, & minus principaliter ipſis clericis,in quorum vtilitatem cedit. Et ideo cum ius publicum contineat, priuatorum pactionibus lædi non poterit. l. ius publicum.ff.de pact. etiam ſi interueniat iuramētum, l.ius gentium,§.ſi paciſcar.ff.de pactis, quod manifeſtè colligitur ex tex.in cap.ſi diligenti, ibi *cum non ſit hoc beneficium perſonale*. At priuilegium,de quo agimus,non eſt conceſſum nobilitati, ſed ipſis nobilibus principaliter,vt conſtat ex dictis. Vnde cũ perſonale ſit,rectè poterit rennnciari,argumēto text.in
18 d.l.ſi quis in conſcribēdo.Neq; obſtat.4.ex l.ſi quis ex corpore. C. de aduocatis diuerſorũ iudiciorum. Quia text.ille ſi rectè intelligatur, non negat aduocatum renũciare poſſe priuilegio ſuo, ne cogatur ſubire prouinciales functiones:ſed potius probat non debere ad eas admitti,& ſi maximè vellit,reddit tex. rationē,vt ambiētibus claudatur ingreſſus.Non obſtat quintum ex tex. in cap.contingit. de ſent.excōmun. quia facilè dilui poteſt ex ratione, quam reddit Romanus Pontifex,ibidem in verſ. cum ille ca-
 ſus.

19 ſus. Neq; obſtat ſextũ, ex l. à diuo Pio. ff. de ritu nuptiarũ, quia cum lex Iulia Papia, quæ vetat Senatorẽ libertinam ducere prohibitoria ſit, non potuit à parte renũciari, iuxta doctrinam Azonis in ſumma ne fideiuſſores dotium dẽtur; quod maximè procedit illo caſu; quia qua facilitate mouebatur Senator ad contrahẽdum, eadẽ quoq; mouebatur ad renũcian-
20 dum. Neq; obſtat ſeptimum argumẽtum ex l. alia. §. eleganter. ff. ſolut. matrim. Quia loquitur de priuilegio reuerẽtiæ materiali, quod cum fundatum ſit
21 in ratione naturali; minimè poteſt renunciari. Non obſtat vltimum, quòd legi prohibitoriæ non poteſt renunciari; iuxta communẽ ſupra relatam. Quia intelligenda eſt, vt renũciari non poſſit ab eo, ad quẽ verba prohibitiua diriguntur, quia per prohibitionẽ legis, redditur inhabilis materia ad contrahendũ, contreactum prohibitum. Iuxta ea, quæ notantur in l. non dubium. C. de legibus. At verba prohibitiua huius priuilegij, potius cẽſentur relata ad iudices, qui prohibẽtur nobiles in carcerem detinere, & ideò ab ipſis nobilibus, rectè poterit de iure communi renunciari.
22 Quid enim dicẽdum ſit, de iure municipali huius regni Valẽtiæ, aliquibus videtur debitabile; ſed dubitatione caret, expreſsè etenim cauetur in foro. 38. poſito in curijs celebratis anno Domini 1585. nobilem propter debitum ciuile, in carcerem mittẽdum non eſſe, neq; huic priuilegio renũciare poſ-

ſe,

se, igitur quamuis de facto in hoc regno renunciauerit nobilis huic priuilegio: semper illo gaudere dicendum est.

23 Sed dubitari merito potest, si nobilis occultauerit bona, in quibus fieri debet executio, an hoc casu gaudeat priuilegio huius fori. Et quidem eo gaudere non posse existimo, ex sequẽtibus fundamen-
24 tis. Primo ex l. etiam. §. licet. ff. solut matr. vbi maritus, qui à iure priuilegium habet, ne à muliere, vel eius hæredibus pro dote, in plus, quã facere potest, conueniatur. l. si maritus, ff. eodem, si tamen dolum facit, amittit hoc priuilegiũ, & potest incarcerari.
25 Secundo nam nobilis committens furtum perdit nobilitatẽ. l. 1. C. quando lic. vnic. Et est cõis secundum Tiraquellũ, & Couarr. lib. 2. variar. cap. 9. nu. 4. Quia facit indignum, & cõtrariũ suæ nobilitati. sed nobilis occultans bona ne ex illis soluantur creditores committit furtũ, cum in iure illa bona æs alenũ dicantur. Ergo poterit consequenter incarcerari.
26 Tertio facit pro hac opinione, nam abutens suo priuilegio amittit illud. cap. priuilegia, de priuilegijs, cap. licet. 11. quæst. 3. Sed nobilis ocultans bona, ne ex eis soluatur, quod debet, abutitur suo priuilegio, cum solũmodo concessum sit si non sit soluendo: er-
27 go, &c. Quarto pro hac opinione facit tex. in §. sui, vers. Sed & his institu. de hæredum qualitate, vbi filijs suis concessum est à iure prætorio beneficium abstinendi ab hæreditate paterna, & tamen si filius

suus aliquid à prædicta hæreditate amouerit, vel celauerit, amittit beneficiũ abstinendi text. in l. seruũ
28 §. Prætor ait. ff. de acquiren. hæred. Quinto, & vltimo facit, nam nobilis occultans bona, ne in eis fiat executio, cõmittit dolum, & fraudẽ, cum id faciat in fraudẽ creditorum. §. item si quis in fraudem, institu. de actionib. l. 1. & per totũ. C. & ff. quæ in fraudem creditorũ. Sed dolus est delictum, vt in l. 1. §. planè. ff. de tutellis. docet glo. in l. 1. vers. crimine. ff. de fideiussoribus tutorum: ergo dicendum est propter dolũ, & fradem occultãdi bona nobilem amittere suum priuilegium, & in carcerem mitti posse. Et hanc sententiam semper verissimam iudicaui.

SVMMARIVM.

1 *Miles, qui sub armata militia est, an possit renuntiare priuilegio sibi concesso, vt non teneatur nisi in quantum facere potest.*

2 *Renuntiare potest miles, qui sub armata militia est, priuilegium sibi cõcessum, vt non teneatur nisi in quantum facere potest.*

3 *Miles soluens debitum ex pecunijs sibi necessarijs, postmodum solutum creditori, repetere non potest.*

QVAESTIO XVII.

AN MILES RENVNCIARE POSSIT priuilegio sibi concesso, vt non teneatur nisi in quantum facere possit.

1 MILES etenim qui sub armata militia est, maximo priuilegio potitur, vt non possit se astringere, nisi in quantũ facere potest. Et ideò si pecunijs eget, & ob debitum soluendum con-

conueniatur, non debet condemnari ad statim debitum soluẽdum, sed huc vsq; ad pinguiorem fortunam deuenerit. l. miles. ff. de re iudicata. Et hic pri-
2 uilegio non posse militem renunciare, defendit Specialiter relatus à Ripa in l. miles, num. 2. argumento tex. in l. alia. §. eleganter. ff. soluto matrimonio.

Sed contraria sententia verior, & receptior est, videlicet, militem posse renunciare huic priuilegio,
2 vt defendit glo. in verbo proferre, in l. si conuenerit. ff. de re iudicata: quam sequũtur Bar. Paul & Alexã. ibi, num. 20. & probatur primo, ex tex. in l. si quis in conscribendo. C. de Episc. & Cler. in l. pacisci. ff. eodem cum alijs. Secundo facit, nam si miles debitum soluat ex pecunijs sibi necessarijs, non apposita ab eo exceptione, repetere non potest, iuxta veriorem, & magis cõmunem opinionẽ. Quam resoluit Ripa in d. l. miles, num. 1. ergo si tacitè renunciare potest huic beneficio, multo magis poterit expresè. Neque mouere debet tex. in dict. l. alia, §. elegãter, quia loquitur in marito, cui concessum est, hoc priuilegium ratione reuerentiæ ei debitæ, & ratione pietatis, aut naturalis dilectionis, quæ ratio cessat in milite, cui nulla reuerentia debetur, imò si debitor sit seruus creditoris censetur. l. 3. iuncta glo. final. C. de nouationibus, & docet glo. verbo non accepisse, in l. fideicommissum, §. si rem. ff. de legatis, 3.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Priuilegium concessum militi armatæ militiæ, vt non teneatur nisi in quantum facere potest, non competere militi celestis militiæ defendunt plures.
2 Clericus fideiussor debitum cogitur soluere.
3 Clerico conuenit priuilegium, vt non teneatur nisi in quantum facere possunt.
4 Argumentum de milite terrestri ad celestem valere solet.
5 Clericus fideiussor diues, si principalis non est soluendo id præstare tenetur.
6 Interpretatio ad c. si propter, de rescriptis in cap. 6.
7 Clerici an opponere possint exceptiones peremptorias post sententiam diffinitiuam.
8 Milites hæredes quamuis non conficiant inuentarium insolidum non tenentur.
9 Clericos opponere posse exceptiones peremptorias post diffinitiuam sententiam, defendit quædam communis opinio.
10 Verius est clericos post diffinitiuam sententiam non posse opponere exceptiones peremptarias.

QVAESTIO XVIII.

AN PRIVILEGIVM CONCESSVM militi, de quo in superiori quæstione, competat etiam militibus celestis militię, hoc est clericis.

1 IN hac quæstione partem negatiuam defendũt Matesillanus singulari. 61. Castr. & Alberic. in l. miles, ff. de re iudicata, Hostens. & Iohan. An-
2 dreas in cap. Odoardus de solu. Pro qua sentẽtia facit primo, tex. in cap. 2. & ibi, *& debita sine denunciatione*, extra fideiussoribus, vbi clericus fideiussor debitum

bitum cogitur soluere . Secundo facit text. in cap. si propter.2.de rescriptis,lib.6.vbi Episcopus tenetur vltra quam facere potest.

3 Sed contraria sententia etenim verior est, videlicet priuilegium militibus concessum, clericis competere, ita vt non teneantur vltra quam facere possint. Quam defendũt glo.in d.l.miles, Barr. & Alex. ibidem, num.3.& 6. & Ias. 11. & receptam testatur idem Alex.in l.Cẽturio, nu. 15.ff.de vulgari.& plures alij relati à Couarr.lib.2.variarũ, cap.num.9.& à Gutierrez de iuramẽto confirmatorio.1.part. cap.

4 17. num.7. Pro qua sentẽtia primo facit, quod sumi solet argumentum de milite terrestris militiæ, ad militem cœlestis militiæ.cap.degradatio. §.1.de pœnis,lib.6.Secũdo facit.cap.Odoardus de solutionibus, vbi clericus non habẽs vnde soluat, non potest molestari, nisi ad pinguiorẽ deueniat fortunã.

5 Et ita tenẽdo hanc sententiam, nõ obstant quæ pro contraria opinione adduximus. Et in primis nõ obstat tex.in cap.2.de fideiussoribus, quia intelligi dẽt vbi clericus debitum soluere potest, vel exceptio opposita non est. Neq; obstat tex. in d.cap. si propter., nam licet Episcopo concessum fuerit priuilegium, de quo ibi, vt percipere possit ad debita persoluenda fructus beneficiorum, quæ in sua diocesi vacare contingerint, non tamen inde sequitur executionẽ eum insolidum fieri posse.

6 Sed quamuis hoc priuilegium militibus armatæ

militiæ,

militiæ, etiam clericis concessum sit: non tamē aliud de quo in l. 1. C. de iur. & facti ignoran. vt exceptiones peremptorias opponere possint, post diffinitiuam. Quod defendunt veteres relati ab Alberico in d. l. 1. & Bart. ibidem, num. 15. receptumq; testatur Fulgos. col. 5. ibidē. Pro qua opinione facit, quòd hoc priuilegium propter præsumptam ignorantiam militibus concessum est. Quæ ignorantia
7 in clericis nō præsumitur, cap. si in laicis, 38. distin. Vnde licèt scripti hæredes milites, non conficiant inuētarium, vltra vires hæreditarias non tenebuntur, clerici tamen insolidum tenētur, authent. de hęredibus, & falcidia, §. penult. vers. sacerdotibus, col. 1. Secundo facit tex. in d. l. 1. ibi armata militia, vbi clerici non comprehēduntur. Nec enim in priuilegijs fieri debet extēsio, etiam ex paritate rationis, l. quod verò, ff. de legibus.
8 Sed contrariam opinionē, videlicèt, exceptiones peremptorias opponere posse, post definitiuam sententiam, defendunt Faber in d. l. 1. col. 1. & receptā opinionē testatur Felin. in cap. quoniam, num. 6. de Simonia. Pro qua sentētia facit tex. in cap. degradatio. §. 1. de pœnis, lib. 6. cuius argumento receptum est, priuilegiū concessum militibus, vt non teneantur soluere eatenus, nisi quatenus facere possunt, extendi ad clericos, vt supra resoluimus. Secundo facit, quod priuilegium dictæ legis indultū fuit, quia propter simplicitatē armatæ militiæ excusabilis est ignoran-

ignorantia.l.fin. in princ. C.de iure deliberandi.l.1. 1.ff. de militari testamento, at iuris ignorantia in clericis excusabilis est,l.repetita. C.de Episcopis,& Clericis, cap.super specula de magistris,ergo clerici eodē priuilegio gaudere debent.Sed his non obstā-tibus,recedēdum non est à superiori opinione:Neque obstat de vno milite ad alium frequēter sumi argumētum,nam id locū habet,quando lex non cō tinet priuilegium: argumēto text.in d.l.quod verò, & in l.si verò,§.de lido.ff.solut.matrim.Neq; obstat secūdum, quod priuilegium militibus concessum, vt non teneantur,nisi in quantū facere possint, extē datur ad clericos, vt supra dictū est:quia id receptū est ex decis. text.in cap. Odoardus,de solutionibus, qua decisione cessante priuilegiū illud clericis non competeret. Neq; denique obstat iuris ignorantiā in clericis excusabilē esse,quoniam licet nimia subtilitas reprehendatur, non tamen excusabantur ab ignorantia crassa, & supina, q̄ in alijs reprehēditur.

S V M M A R I V M

1 *Aduocati an gaudeant priuilegio militibus concesso, vt non teneantur vltra quam facere possunt.*

2 *In priuilegijs non est licita extensio.*

3 *Videtur quod non militat ratio militum, in aduocatis causarum.*

4 *Aduocati priuilegio militibus concesso, vt non teneantur vltra, quam facere possunt, potiuntur.*

5 *Aduocati militare dicuntur.*

6 *Priuilegium militibus competens in peculio castrensi, competit aduocatis in quasi castrensi.*

QVÆ-

QVAESTIO XIX.

AN ADVOCATI GAVDEANT PRIuilegio militari, vt non teneantur, nisi in quantum facere possunt.

1 PARTEM negatiuam (videlicet, aduocatos nō gaudere hoc priuilegio militari, & ideò teneri vltra quàm facere possint) defendūt Ripa, Paul. de Castr. & Alber. in l. miles, ff. de re iudicata, & Bart. in l. Centurio, num. 15. ff. de vulgari, Pro qua sñia facit text. in l. miles ibi, *qui sub armata militia*. ff. de re iudica. quod relatiuū excludit alios milites, & restringit decisionem. l. cunctos populos. &
2 ibi Bar. de summa Trinitate. Secundo facit, quod in priuilegijs non est licita extensio, etiam si interueniat maior ratio. l. quod verè. ff. de legibus. Tertio facit, quòd quamuis aduocati militare dicātur; tamē qui non militant cùm vita, & salutis discrimine, nō militat in eis eadem ratio, quæ in milite armatæ militiæ militat.

4 Sed contrariam opinionem, nempè militari hoc priuilegio aduocatos gaudere, vt non teneantur vltra quam facere possint veriorem existimo. Quam defendunt Angelus in l. si constanter, num. 8. ff. soluto matrim. & in §. appellandū, num. 3. institu. de exceptionibus Ias. in d. l. miles, num. 9. Pro qua sen-
5 tentia facit primo, quod aduocati militare dicūtur

l. aduo-

l. aduocati. C. de aduocatis diuersorum iudi. cui adde Tiraq. de nobil. c. 29. Cassaneũ in catalogo gloriæ mũdi. 2. p. cõsideratione. 29. Othomanũ de verbis iu-
6 ris, verbo aduocare, & verbo clientes. Sdo facit, q priuilegiũ cõpetens militi in peculio castrẽsi. cõpetit ẽt aduocatis, in quasi castrẽsi. l. fori. C. de aduocatis diuers. iudi. Et generaliter oĩa priuilegia cõcessa militibus, cẽsentur cõcessa aduocatis, vt defendũt Alc. in l. cẽturio in princ. ff. de vulgari. Et tenẽdo hanc sententiam contrariæ opinionis fundamenta facilè à Doctoribus supra relatis dissoluuntur.

SVMMARIVM.

1 *Iudex in quacunque parte iudicij, veritatem inquirere potest.*
2 *Priuilegiatus instrumentum sui priuilegij ostendere tenetur.*
3 *Instrumenta sua, edere tenetur argentarius.*
4 *Æquitas in iudicio seruanda est.*
5 *Reus compellitur respondere ad petitionem actoris.*
6 *Instrumenta communia edi debent.*
7 *Reus actori non compellitur instrumẽta sua edere, cuius ratio est, quia debet actor venire paratus ad iudicium.*
8 *Iudex tenetur veritatem inquirere ex actibus processus, non alias.*
9 *Interpretatio ad c. contingit de fide instrumentorum.*
10 *Protestatio producentis instrumentum, quod eo non vult vti, nisi in eis, quæ sunt in sui fauorem non releuat, quod aduersarius eo vti non possit.*
11 *Argentarii, Numularii, & Campsores, qui sint.*
12 *Argentarii, Numularii, & Campsores instrumenta sua edere debent.*
13 *Æqualitas licet seruari debeat in iudicio, tamen iura fauorabiliora sunt reis, quam actoribus.*
14 *Actor reconuentus, non tenetur reo edere instrumenta.*
15 *Reus quare edere instrumenta non tenetur, & tamen tenetur positionibus respondere.*

Edenda

16 *Edenda sunt communia instrumenta actori.*
17 *Editio instrumentorum, quomodo fieri debeat.*
18 *Edi an debeat totum instrumentum reo, vel pars illius per actorem.*

QVAESTIO XX.

AN REVS IN IVDICIO CONVENtus, instrumenta sua edere, & ostendere actori teneatur.

1 PRO parte affirmatiua faciunt sequentia armenta; primũ est, Iudex vndecúq; voluerit inquirere veritatẽ, ad decidendam causam in qua Iudex est, suo officio potest, tex. in cap. iudicãtem, 30. quæst. 5. cap. in præsentia, de renũciatione. cap. qualiter, & quando de accusationib. cap. 1. de re iudicat. in 6. Sed per exhibitionem instrumentorũ, clarius manifestatur veritas, l. & non est nouũ. C. de edendo, ergo reus iubente id iudice, edere, & osten-
2 dere tenetur actori, instrumẽta propria. Secũdo facit in cap. contingit de fide instrumentorũ, vbi priuilegiatus instrumentũ sui priuilegij ostendere te-
3 netur, ad petitionem actionis. Tertio facit, nam argentarius etiam si reus sit, tenetur actori instrumen-
4 ta edere, & ostendere in iudicio: ergo, &c. Quarto facit, nam in iudicis æqualitas seruari debet, tex. in regula in iudicijs, lib. 6. tex. in regula non licet eodem libro tex. in l. fin. C. de fructibus, & litiũ expensis, l. non debet. ff. de regul. iur. Sed actor reo edere tenetur.

tur instrumenta, l. 1. ff. de probat. l. edita. C. de edendo. l. dissolutæ. C. de cõditione sine cã. ergo, & reus
5 actori. Quinto facit, quod ad petitionem actoris cõpellitur reus confiteri, cap. 2. de confessis in 6. Clemen. sæpè. §. rerum versic. atq; de verbor. significa. sed ex confessione rei fundatur intentio actoris, sicut ex editione instrumenti. cap. cum Ioann. de fid. instrumentorũ, tex. cum glo. in l. ampliores, §. 1. C.
6 de appellationib. ergo, &c. Sexto facit, quòd cõmunia instrumenta edi solent, & ostendi in iudicio. l. si quis. ff. familiæ erciscundę. l. procurator. C. de edendo: ergo ad petitionem actoris reus compelli debet edere instrumenta.
7 Sed his non obstantibus contraria sñia adeo verior, & communior est, vt cõmunis Doctorum torrens eam amplectatur; Et ratio qua fundatur hæc communis opinio est, quia actor debet accedere ad iudicium instructus, & paratus, & non debet quærere arma ab aduersario suo; iuxta text. in l. qui in alterius, ff. de regulis iuris. Pro qua sñia faciunt plura iura, tex. in l. 1. §. edenda. ff. de edendo. l. 1. in fin. C. de edendo. cap. 1. de probationib. cap. testes. §. qui intendit. 9. quæst. 3. l. nimis graue. C. de testibus, l. qui accusare. C. de edendo, cùm alijs iuribus, ex quibus planè constat, reũ non teneri aduersario suo, pro-
8 pria instrumenta edere. Et ita non obstãt argumentã supra pro prima opinione proposita; non primũ: quia respondeo verũ esse iudicem teneri veritatem
 inqui-

inquirere, ex actibus processus, & non aliàs, nec cũ iniuria alterius litigantis, qa non potest officiũ suũ impartiri, ad vtilitaté priuatam, l. 4. §. hoc aũt iudicium vbi Doctores, ff. de dam. infec. docet Meneses per tex. ibi in l. si super possessioné. C. de transactionib. num. 35. & hinc est, quod tenetur Iudex secundũ allegata, & probata iudicare, & docet Couarru. lib. 1. variarũ, c. 4. & diuus Thomas 2. 2. q. 64. & 67. artic. 3. & est decis. pedemon. 69. nu. 48. & sequéti.

9 Non obstat. 2. quia tex. in d. cap. contingit, procedit in instruméto producto in iudicio, qđ necessario edi dét parti aduersæ, l. 1. §. edéda. ff. de edédo. l. 2. C. eodem. Quia eo ipso, quod à parte producitur, efficitur commune, & alteri parti edi, & ostendi dét docet glo. recepta in d. cap. contingit glo. verbo nõnulli, in cap. 1. de probatio. Panormit. num. 15. Felin. 4. Dec. 35. Bellam. 18. Mantu. 26. in dict. cap. 1. Ripa. in l. 2. C. de edédo, num. 9. & ibi Alciat. & Bolognet. ibidem in princ. Decisiio pedemonta. 57. Et ratio huius rationis est, quia erat in potestate rei, non producere instrumentũ. Et ideo sibi dét imputari, si il-
10 lud produxit. cap. imputari, de fid. instruḿetorum. Et hoc procedit, etiam si reus producendo instrutum in iudicio, protestetur se nolle vti eo, nisi in eis quæ sint in illius fauorem. Quia nihilominus aduersarius poterit eo vti. Nam non relonat protestatio, vbi fit actus contrarius protestationi, argumẽto c. gratum. ad finem de officio delegati c. cum ve-

nissent.

pissent, de testibus, ca. solicitudinem de appellatio.
11 Neq; obstat tertiū argumentum: pro cuius perfecta declaratione præsupponendū est, in iure reperiri argentarios, numularios, & campsores. Argentari erant illi quibus olim pecuniæ custodieudæ dabantur: interdum sub fenore, interdū gratuito: & propriam atque alienam pecuniam, fenore dabant, emebant, vēdebant, & omnia negotia exercebant. Docēt Bertu. & Brisonius, de verbor. significat. libr. 1. verbo argentarius, Plateius in lexicon iuris eodē verbo. Mantua. lib. 4. obseruationū, obseruario. 31. cap. 1. Alciat. in l. Boues, §. final. num. 4. & 5. de verbor. significar. & lib. 4. dispunctionū. cap. 22. & lib. 8. parergorion. cap. 19. Oroscus in l. prætor ait numer. 2. ff. de edēdo. Cuiasius in l. si vnus versic tantū. ff. de pactis. Beroius in l. 5. ff. de edēdo. Corratius in l. 1. §. præterea, ff. de officio præfecti vrbis. Et appellantur etiam mensari, docēt interpretes supra relati, & Menochi. lib. 2. de arbitrarijs casu. 91. nume. 6. quidquid contra dicit Sigonius lib. secundo, de antiquo iure ciuium Romanorum, capit. 11. de argentarijs, & fœneratoribus. Et hodie appellantur Vanquerij, & sui fenoris, & negotiationis codices, seu libros rationū conficiebant. d. l. prætor ait. Et qđ ad obligationē edēdi rationes, quæ publicæ erant, assimilabantur tabellionibus, & Notarijs publicis. Resoluūt Iason, & Casius in dict. l. prætor ait. & Alciat. in dict. cap. 19. & cap. 22. Numularij autem, ad

instar argentariorũ pecuniã tractabãt, permutãdo, & fenerando, & idest, quod voluit tex. in l. quędam. §. numularios. ff. de edẽdo ibi *sicut argentari*. Et isti non exercebant officium illud publicum auctoritate magna, sicut argentarij. Et sic licèt tenerentur edere rationẽ non habebant tantam auctoritatem, quantam rationes argentariorũ. Docent Plateius, & alij verbo numularis, Campsores autem illi erant, qui paratas habebant pecunias ad permutandũ, maiores pro minoribus, & è contra; seruata æqualitate compensationis. Et isti æquiparantur numularijs, quod docet Orosc. in dict. §. numularios, num. 1. Socin. in l. 1. num. 24. C. de edendo. Tiraquell. lib.
12 1. de retract. §. 30. in principio. His omnibus præsuppositis respondendum est, non obstare hoc argumentũ, quia verum est, argentarios numularios, seu campsores, qui ratione sui officij instrumenta conficiunt, teneri ad editiones, sicut tenetur tabellio, vel Notarius publicus, etiam si ex illis rationib. actor prætendat fundare suam intentionẽ. Et hoc quia instrumenta sunt communia, cum sint originalia tex. sic intelligendus, in cap. perpetuus, de fid. instrumentorum. cap. quoniam contra de probationi. Panormita. num. 11. & Felin. 17. in cap. 1. de probationibus. Et virtute etiam taciti mãdati de illis scribendis, sicut, quando interuenit expressum. l. si quis ex argentarijs; §. ex hoc edicto versic pertinere, ff. de edendo, vt post Bartolum Paulum, & Angel.
tradit

tradit Ripa in d. l. 1. num. 8. Alciat. nu. 14. ibi & post antiquiores defendit Felin. num. 13. Dec. 27. Bero. 50. Mantua. 10. in d. c. 1. de probationib.

13 Neq; obstat quartũ argumentũ, seu fundamentum nempè, quod in iudicijs debet seruari æqualitas. Nam huic difficultati respondet Azon, relatus à Bartolo, in l. 1. §. editiones, ff. de edẽdo, & in l. 1. C. eodem. Felin. & Mantua in d. cap. 1. num. 21. actorẽ non teneri edere instrumẽtum sicut nec reus actori, ex fundamento de quo in argumẽto isto. Sed reijcitur hæc opinio, quia verior, & receptior est contraria sententia. Quam defendunt Ioann. & alij relati à Bartolo. Et ratio est, quia fauorabiliores sunt rei, q̃ actores, l. fauorabiliores, ff. de reg. iur. l. 1. ff. de edẽd. l. qui accusare in fin. C. eodẽ. l. nimis graue. C. de testib. Et quia principalis ratio, ob quam actori editio non fit, ea est, quia actor debet venire instructus ad iudiciũ, quæ ratio cessat in reo, quia non est in eius potestate, q conueniatur, cum iudiciũ reddatur inuitum, l. inter stipulantem, §. si stichus, ff. de verbo. obligation. quia actor offendit, & reus defendit, cu- defensioni iura fauent, argumento tex. in l. vt vim. ff. de iustit. & iur. l. non est nouũ. l. iustum, C. de edẽdo docent Felin. num. 25. Panorm. 14. Dec. 38. Vertoius. 57. Mantua. 21. in d. cap. 1. Alexan. in l. fin. nume. 3. C. de edendo. Ex his infertur, quod cum actio

14 respectu reconuentionis reus sit, cũ reconuentio sit secũda conuentio: docent Doctores in rubr. de mu-

suis petitionibus, non tenebitur reo edere instrumẽtum, ad fundandam reconuentionem, quia non est mera defensio, & idem dicẽdum est, quo ad fundandam compensationem. Quia exceptio illa habet naturam petitionis l. 2. & per totũ de compensationibus, & docet Alex. in d. l. fin. C. de edend. num. 5. Et tenẽdo istam sententiam non obstat fundamentũ contrariæ opinionis; quia omissa solutione Curtij in l. fin. C. de ededẽ. dicentis inaduertẽter legislatores constituisse, differẽtiam inter actorem, & reũ. Respondeo, æqualitatem seruandum esse inter actorẽ, & reũ, nisi diuersa militet ratio in vno, quam in alio vt resoluũt Dec. Cagnol. & alij in l. non det. ff. de regul. iur. & Din. in regula non licet, libr. 6. Vnde improbatur aliorũ intellectus, & existimantium, solũ difficultatem respondẽdo, faciliores esse reos, quam actores, quia illud procedit in fine iudicij, non vero quoad probationes, per instrumenta, vel testes, quæ in medio iudicij fiunt. Docet glo. verbo pertinẽtijs, ad finẽ in c. cum ad sedẽ de restitutione spoliatorũ.
15 Neq; obstat quintũ argumentũ, quod difficile reputat Cagnol. in l. 1. num. 29. C. de ededo, cui primo respondetur, ideo reum actori non teneri edere instrumentũ: quia actor debet accedere instructus ad iudiciũ, vt ex dictis iuribus in argumento propositis. Sed reijcitur hæc ratio, quia si esset vera, sequeretur, qđ si actor aliter q̃ ex confessione rei posset instrui, non compelleretur reus iurare, & respondere posi-

positionibus, quod tamen falsum est, ex generalitate iurium, qđ in argumẽto adduxi. Vnde Dec. num. 12. & Verojus 63. in d. cap. 1. probationib. dicũt maius periculũ incurrere reũ, si compellatur edere propria instrumenta, q̃ si compellatur positionibus respondere. Quia ex aditione instrumenti forsan maneret conuictus; sed in declaratione positionũ negare poterit. Sed improbatur hæc ratio, quia reus iustè non potest negare positiones, contineñtes veritatem, maximè interueniẽte iuramẽto. Quia illud possumus, quod iustè possumus, l. filius, qui fuit, ff. de cõditionib. institutio, & ideò non poterit negare reus. Vnde Alciat. in l. 2. C. de edend. num. 4. respondet; ideò reum compelli iurare, & respondere positionibus, quia si fateatur contẽta in positionib. actor euitabit expensas litis; quia statim dẽt sequi condemnatio, cùm in confessum nullæ sint partes iudicis, nisi ad condemnandũ. c. nos in quanq. 2. quæst. 1. l. vnica C. de confessis, secus est editis instrumẽtis, quia non statim lis finitur. Maximè quia redargui possũt & plura contra ea allegari. Sed refellitur hæc alia ratio, quia ex ista resolutione præsupponitur, quod magis præiudicatur reus ex confessione, quam ex editione instrumenti. Et ideò non esset compellendus respondere positionib. quia iura ob fauorem rei denegant editionem. Quare Curtius in l. 2. num. 4. C. de edẽdo respondet olim reũ non potuisse cõpelli positionib. respondere, sed postea consuetudi-

ne introductũ fuisse, & ita procedere text. in d. cap. 2. de cõfessis in sexto, & in d. clemẽtina sæpe. §. verũ per quæ iura corrigitur tex. in ca. 1. de probationib. cum concordantibus, vt etiã hodie reus teneatur edere, quæ ratio falsa est. Neq; tollit difficultatem dicere tempore Gregorij noni in vsu fuisse istas positiones, vt in cap. vnico, de litis contestat. Quia tex. relatus non fuit Gregorij noni, vt existimat communis, sed Gregorij. 1. vt ex integra Antonij Augustini videri potest. Vnde alij respondent hoc inter esse, inter editionem instrumẽti, & iuramentũ positionũ, quia si instrumentũ edendum esset à reo præcisè, ad id compelleretur, & sic conuinceretur reus, & arma contra se aduersario suo daret. Quod est nimis graue, & contra regulas iuris, vt dixi supra, at verò per iuramentũ non compellitur præcisè iurare; sed iurare, vel parti iuramentũ referre, l. ius iuran. §. ait prætor de iure iurando l. generaliter. §. 1. C. de rebus creditis, & si non iurat, vel refert, videtur esse in manifesta turpitudine. l. manifestè. ff. de iur. iurand. Et ideò quia non resultat adeo graue præiudiciũ ex respõsione partium, sicut resultaret ex editione instrumenti, compellitur iurare, quia excusari poterit referendo iuramentũ, & non compellitur edere, quia nullo modo potest excusari. Sed hæc ratio reprehẽditur, quia præiudicat sibi referẽdo iuramentũ, actori reus, sicut iurando, & reus. Quia iuramentum calumniæ, & positionum respõsiuũ, qđ compellitur
de

de veritate dicenda, non est iudiciale, q̃ possit referri, sed necessarium, q̃ necessario præstandum est, l. 12. §. sed quia veremur. C. de iure iurando propter calumniam, cap. 2. de confessis in sexto. Sed hæc ratio non placet: quare aliter respondet Doctores infra referendi, nempè præsumi actorem, qui petit reum respondere positionib. aliunde instrui non posse, nisi ex confessione rei, & ideò reus credere tenetur veritatem, per propriam confessionẽ, & idem esse in editione instrumenti: quia si constat verè, vel præsumptiuè, actorẽ aliter instrui non posse, quam edito instrumento, & tenetur reus ad editionẽ, & ostensionem instrumenti. Docent Panormit. in d. cap. 1. num. 2. & Bero. 70. Bald. & Cagnol. in l. 1. C. de edendo, num. 92. Alciat. 25. Ferret. 37. ibidem in d. l. 1. Velascus, de iure emphyteutico, quæst. 8. numer. 4. Sed hæc ratio nequaq̃ mihi placet. Quare verior ratio est, ideò non teneri reum edere instrumentum: quia actor aliunde, q̃ ex domo rei poterat illud quærere, & sibi imputetur si non fecit, quia vigilãtibus, & non dormientib. iura subueniunt, cap. vigilantibus, de præscriptionibus. Tenetur tamen reus positionibus respondere, quia aliundè quærere confessionem non potest actor, nisi ab ipso reo.

16 Neq; obstat vltimum, quia respondeo, verum, & certissimum esse communia instrumenta edenda esse actori, & reo, qualia sunt societatis, diuisionis, & hæreditaria, ex iuribus adductis in argumẽto:

&

& acta processus, quæ communia cẽsentur. l. 2. C. de edẽdo, glo. verbo commune in cap. perpetuus, de fide instrumẽ. Approbant Doctores vtrobiq; glo. in l. 1. §. editione, & ibi Ias. num. 5. & 6. Et testamẽtum edi dẽt legatario. Item lex, vel Statutum, quod est cõmune toti ciuitati, facit tex. in l. in ciuile, ff. de legi-
17 bus. Vnde cum Bar. Orosco, num. 3. & communi in l. 1. §. editiones. ff. de edẽdo, resoluẽdum est, instrumẽta interdum esse communia, interdum propria, interdum aliena. Communia sunt in duplici differẽtia: quia aut sunt cõmunia quo ad dominium, vt hæreditaria, & societatis, & alia, & ista reo eduntur cum die, & consule. Aut sunt communia quo ad vtilitatẽ, & non quo ad dominium, qualia sunt emptionis, transactionis, & similia, & illa non eduntur in casib. in quibus habet locũ editio. Et edi dẽnt sine die, & consule, vt notant Innocẽ. in d. cap. 1. quem sequitur Bart. vbi supra. Si autẽ instrumẽta propria sunt petẽtis editionem sibi eduntur, cum die, & consule: quia qñ petuntur ratione dominij, põt peti à principio, q̃ exhibeatur instrumentum. Quia exhibitio est præparatorium iudicium, ad rei vẽdicationem, l. 1. C. ad exhibendum. Si autẽ sunt instrumenta aliena, est adhibẽda distinctio, nẽpè aut petitur ad effectum redarguẽdi instrumentum de falso, aut ad deliberandum an cedere, vel contẽdere debeat reus: aut ad fundandam intẽtionem, exceptionem, aut replicationem. Primo casu, qñ petitur ad redarguendum

dum instrumentum, editio fieri debet, argumento tex. in l. optimam. C. de contrahēda, & committēda stipul. & tunc fit cum die, & consule: sic diem, & consulem valet redarguere, illudq; iuret. Secundo casus quo petitur ad deliberandum, an cedere, vel contendere debeat, reo fit editio, sine die, & consule l. 1. §. editiones, ff. de edendo. Præterquam si non aliter possit deliberare, quam editis die, & consule, vt si vnus creditor agat contra alium hypothecaria actione, & reus non possit scire quis sit prior tempore, nisi videat datam instrumentorum. Docet Bart. in d. §. editiones, Alexan. 19. Zazius, 8. Oroscus, 5. Tertio casu, quo ad fundandam intētionem non tenetur reus actori edere, vt in l. qui accusare, §. fin. C. de edendo, & in cap. 1. de probationib. & est communis opinio, vt supra resoluimus, & tenet Zazius, & Alexan. in d. §. editiones, Cæterum tenetur reus edere instrumenta propria ad adiuuandam intentionem suam. l. Titius, l. creditor. ff. de actionib. empti. & etiam ad fundandam replicationem. l. penul. §. 1. ff. ad l. falcid. l. plures. C. de fide instrumentorū. Actor verò tenetur reo edere ad fundādas exceptiones. l. 1. ff. de edēdo. l. fin. C. eodem. l. dissoluta. C. de conditione sine causa, & iure regio est tex. in foro. 1. lib. 2. forum ti-
18 tulo de edendo. Et an edi debeat, totum instrumentum dubium est, & Bartol. in l. argentarius. §. edi per text. ibi ff. de edendo existimat partem tantumq; ad petentem spectat, edendam esse. Idem docet Bald.

in l.fin.C.de præcib.impu.Dec.& Vellam.in dicto capit. 1.de probationibus.num.62.& 22.& facit ad hoc tex.in capite contingit de fide instrumentorũ. Vnde sufficit, quod legatario, edatur pars illa instrumenti in qua legatum continetur, docet idem Bart. in l.2.§.fina.ff. quemadmodum testamenta aperiantur.idem docet in rubr. de noui ope.nuncia.num.7. & ibi Ale.nu.35.Ias.8.Oroscus in l.in ciuile,n.1.2.de lidẽ docet in l.1.§.edenda.nu.3.ff.de edẽdo. Et hæc est vera Doctorum resolutioni obstat tex.in d.l.in ciuile,& in d.§.edendo verbo edere: quorum auctoritate Bar.in dict.§.edenda, & Oroscus in dict.l.in ciuile,num.1.Butrius, & Panorm.in d.cap.1.de probationib.numero fin.defendunt totum Statutum, vel totam legem edendam esse. Quia respondeo, qđ quando instrumentum habet capitula separata, & continent diuersam materiam, tunc partem tantũ esse edendam,secus autẽ si sint capitula cõnexa, quo dẽt fieri integra editio, & hæc quæ dicta sunt sufficiant pro explicatione huius quæstionis.

SVMMARIVM.

1 Habentes libros rationum,non teneri eos edere,defendunt plures Doctores.

2 Vsurarius tenetur instrumentum edere.

3 Tutores,curatores,& mercatores,habere solent libros rationum,ad instruendam propriam memoriam.

4 Habentes libros rationum tenentur eos edere, pro quo faciunt plura iura ibi.

5 Satisfit fundamentis alterius opinionis.

QVAESTIO XXI.

AN HABENTES LIBROS RATIONUM, VT TUTORES, CURATORES, MERCATORES, & ALIJ SIMILES, COMPELLANTUR ILLOS EDERE.

1 IN præsenti quæstione partẽ negatiuam (videlicet, non teneri habẽtes libros rationum, vt curatores, tutores, mercatores, & alij similes, illos edere) defendunt glo. verbo rationum, in clemẽtina vnica. §. cæterum de vsuris: quam sequitur Panormit. num. 8. Dec. 27. in cap. 1. de probationib. & post Bald. tenet Ias. in l. 1. num. 15. C. de edendo. &
2 ibi Dec. num. 18. Alciat. 24. Pro qua facit primo tex. in clemẽtina vnica. §. cæterum, de vsuris. vbi solummodo vsurarium innuit teneri edere instrumẽtum: igitur extra hũc casum dicẽdum est neminẽ teneri.
3 Secundo facit optima ratio, nam tutores, curatores, mercatores, & alij similes, solum habent libros rationum, ad instruẽdam propriam memoriam, & non præcise ratione officij, quod exercent; ergo non tenentur illos edere.
4 Sed contraria sñia verior, & receptior est, & vt cõmunis his nostris temporibus solet practicari. Pro qua facit primo, tex. in l. 1. C. de edẽdo. Secũdo facit tex. in l. nomẽ nouum. C. eodẽ. Tertio facit, nam curatores, administratores, & alij huiusmodi, assi-

liantur

lantur argentarijs, & numularijs, qui libros rationũ tenẽtur edere. Quarto facit, quod rationes instrumenta communia cẽsentur, vt in l. si quis ex argen-
5 tarijs, §. hoc edicto, ff. de edẽdo. Et tenẽdo hanc sententiam, non obstant fundamenta contrariæ opinionis: non primum nempè speciale esse in vsurario, qui tenetur edere rationẽ actori dict. clemẽ. 1. §. cæterum, & sic contrarium esse ius cõmune. l. quod verò contra. l. ius singulare. ff. de legibus. docet Imo. num. 9. Felin. 19. Dec. 20. in d. cap. 1. de probationibus, & ibidem Bero. num. 54. Quia respondendum est, istas priuatas rationes officio iudicis ex iusta causa edendas esse. l. 1. C. de edendo. Et docent Innoc. quem sequitur Dec. in d. cap. 1. num. 31. Alciat. in d. l. 1. casu 8. Alexan. in l. fin. num. 22. C. ad exhibendũ Rota decis. 5. sub titulo de fid. instrumen. in nobis: qui omnes ponunt pro iusta causa in vsurario ad faciẽdas editiones; illum vsuras exercuisse, minimeque speciale esse. Neque obstat secundum fundamentum; quia ex his, quæ supra diximus, facilè à quouis dilui potest.

SVMMARIVM.

1 *Debitores cedere bonis solent, vt liberentur à carceribus.*

2 *Renunciari non potest ius cedendi bonis, defendunt plures Doctores, quorum sententia vera est.*

3 *Nemo potest se perpetuò obligare ad carcerem.*

4 *Renunciari posse ius cedendi bonis, defendunt plures Doctores.*

5 *Renunciatio iuris cedendi bonis, videtur quod bonis moribus nec iuri publico sit contraria.*

Taciti

6 *Taciti, & expressi idem est iudicium.*
7 *Prima opinio supra proposita amplectitur.*
8 *Satisfit primo argumento.*
9 *Intellectus ad l. fin. C. qui bonis cedere possunt.*
10 *Nobilis quare renunciare potest priuilegio, ne in carcerem mittatur, & tamen iuri cedendi bonis, renunciare non potest.*
11 *Interpretatio ad forum primeramente. ibi declarans. titulo de excusatione rei iudicate lib. 7. forprum.*
12 *Cedens bonis tenetur relinquere omnia bona paucis exceptis.*

QVAESTIO XXII.

AN DEBITOR RENVNCIARE possit iuri cedendi bonis.

1 DEBITORI concessum est ius cedēdi bonis, vt liberetur à carceribus l. 1. & per totum ff. & C. qui bonis cedere possunt. Et ið plurimū hoc controuersum est, an huic iuri cedendi
2 bonis renūciari possit. Et huius quæstionis partem negatiuā videlicet huius modi renūciationem non valere defendunt Bart. & Alberic. in l. alia. §. eleganter ff. solut. matrimon. Salic. num. 9. in l. 1. C. qui bonis cedere possunt. & ibi Cyn. quæst. 6. & receptam opinionem testatur Couarr. lib. 1. variar. ca. 1. num. 7. & in cap. quamuis pactum in princ. secundæ partis, nu. 6. Mencacha de successionum cration. §. 2 2. num. 79. Et veriorem, & magis communem vocat idem Mencacha in eodem tractat. 1. num. 2 9. Gutieres de iuramento confirmatorio. 1. par. cap. 17. nu. 76. & cap. 18. nu. 4. Menoc. de arbit. iudic. casu. 183.

lib. 2.

3 lib.2. Pro qua sñia facit, quod nemo potest perpe-
tuo se obligare ad carcerem, cũ sit quædam seruitus
argumento.l.2.ff.de libero homine exhibendo.l.Ti
tius,ff.de conditionib. & demonstrationib. Notant
glo.Doctores in l.antiquitas.C. de vsufructu. Quæ
obligatio induceretur si valeret renunciatio.

4 Sed contrariam opinionem defendunt Federi-
cus de senis consil.60. Felin. in capit. ex rescripto,
num. 11.de iur. iurando. rota antiqua.565. Alciat.
in capit. cum contingat, de iur.iuran. nume.69.&
5 alij relati à Couarr.vbi supra.Pro qua opinione facit
primo, quod hæc renũciatio nec iuri publico, nec
6 bonis moribus contraria est.Secundo facit,nã idem 1
est iudicium taciti,& expressi.l.cũ quid. ff.si cert.pe
tat.sed si debitor dilationem à creditoribus accepe-
rit, ad soluendũ non potest bonis cedere. l. fin. C.
qui bonis cedere possunt: quia tacitè videtur cessio 2
ni bonorũ renunciare: ergo etiam poterit renũcia-
re expresse. Sed hæc secunda opinio longè falsa est.
7 Et ideò in hac quæstione recedendum non existi-
mo,à prima opinione,magis communi.
8 Qua retenta, non obstant argumenta in hac secũ
da opinione proposita. Et in primis non obstat hu-
iusmodi renũciationem non esse contrariã iuri pu-
blico nec bonis moribus; quia verius est contrariã
6 esse iuri publico, quo cauetur neminem posse per-
petuò carceri se mancipare.Consequenterq; minus
obstat text.in l.fin.C.qui bonis cedere possint, nam
ille

ille textus iuncta glos. communiter approbata, non fundatur in renunciatione tacita, neque expressa debitoris, sed in ademptione legali, vt rectè respondet
10 Gutierres in d.c. 18. num. 3. Neque contrarium mouere debet, quod nobilis renunciare potest priuilegio suo, ne in carcerem mittatur (vt prouabimus id de iure communi verum esse, supra in quæstione 16. latissime per totam) quia manifesta est ratio discriminis; nam sublato beneficio cessionis bonorũ, nullum superest remedium, ad effugiendam carceris captiuitatem; attamen quamuis dicta renunciatio tollat supra dictum priuilegium (ne in carcerem mittatur, alias nobilibus competens) superest adhuc nobili remedium cessionis bonorum, quo captiuita-
11 tem carceris potest effugere. Sed adhuc valde difficilis redditur supra dicta resolutio, iure Regio ex foro primerament. *Ibi declarans, que per cessio de bens no puja ser lliurat de la preso,* lib. 7. fororum titulo de executione rei iudicate. Ex quo colligitur, per cessionẽ bonorum, debitorem non liberari à carceribus. Sed illum tex. procedere puto, quando presumitur debitorem bona abscondisse, vel quando dolo factus est debitor, & non soluendo. Attamen esset iniquum, & bonis moricus cõtrarium, debitorem bonum virum, & non soluendo, cessis illius bonis in carcere
12 perpetuo mancipare, pro debito ciuili. Ex his infertur quod cedẽs bonis tenetur relinquere omnia bona mobilia, & immobilia, vt carceris capturã effu-

giat, docet glos. in l. pen. ff. de ces. bonorum, & Cóuar. c. 1. nu. 5. retentis tamen sibi vestibus vilibus, ne nudatus remaneat; nam hę ét damnatis ad mortem relinquũtur. l. diuus. ff. de bonis damna. docet Bartolus in dicta l. diuus, & in d. l. penultima, in fine. ff. de cessione bonorum. Iason in §. item si quis, instituta de actionibus. Ripa in l. in obligatione, colu. 2. ff. de pignoribus. Afflic. in constitutionibus regni constitutione Regiæ. 6. notabili. Rolan. 2. tho. cons. 7. in fine.

SVMMARIVM.

1 *Exceptiones opponuntur, & admittuntur, usque ad causæ conclusionem.*
2 *Exceptio tu non potest esse testis causam differt.*
3 *Exceptio excommunicationis dilatoria est.*
4 *Elapso termino a iudice præfixo, aliquando admittitur dilatoria exceptio.*
5 *Qui protestatur, potest elapso termino opponendi exceptiones, eas opponere.*
6 *Dilatoria exceptio opponitur, ante litis contestationem.*
7 *Iudex potest statuere certum terminum, intra quem debeant opponi exceptiones dilatoriæ.*
8 *Exceptiones aut sunt incidentes, aut emergentes.*
9 *Exceptiones incidentes sunt, quæ opponuntur contra principalem causam, emergentes quæ opponuntur contra processum.*
10 *Ratio quare possit Iudex ad dilatorias exceptiones certum terminum statuere.*
11 *Exceptiones peremptoriæ opponuntur, vsque ad conclusionem causæ.*
12 *Iudex potest assignare terminum ad opponendas exceptiones peremptorias.*
13 *Mixte exceptiones opponi possunt elapso termino dilatoriarum, in vim peremptoriarum.*
14 *Dilatoriam exceptionem opponẽs in termino a Iudice præfixo an possit*

sit transacto termino, aliam dilatoriam contrariam primæ opponere.

15 *Exceptio tu non potest esse testis, anomala est.*

16 *Exceptio excommunicationis, in quacumque parte litis opponi potest.*

17 *Exceptio noniter orta potest opponi, quamuis lapsus fuerit iuris, & iudicis terminus.*

18 *Exceptio noue cognita post contestationem admittitur, si opponitur cũ primum cognita est.*

19 *Intellectus vari ad l. filiusfamilias. §. veterani. ff. de procuratoribus.*

20 *Protestatio specialis operatur, ut transacto termino iuris exceptio admittatur.*

21 *Litis contestatio est terminus ad opponendas dilatorias exceptiones, qui limitatur quando aliud expeditioni causæ congruit.*

22 *Iudex constituere potest certum terminum, ad opponendas dilatorias exceptiones, litis contestatione breuiorem.*

23 *Dilatoria exceptio non admittitur elapso iudicis termino, non solum in instantia, verumetiam in appellationis causa.*

QVÆSTIO XXIII.

AN IVDEX ESTATVERE POSSIT CERTVM terminum reo, ad opponendas contra actorem exceptiones dilatorias.

1 PRO parte negatiua (videlicet, iudicem non posse statuere certum terminum reo, ad opponendas exceptiones dilatorias) faciunt sequentia argumenta. Et primò faciunt tex. in l. præscriptionem. C. de exceptionibus. l. exceptionem. C. de probationibus. c. 1. de ordine cognitionum: ex quibus constat quod exceptiones opponuntur, & admittuntur, usque ad causæ conclusionem: ergo non potest iudex statuere certum terminum, ad opponen-

2 ponendas ipsas. Secundo facit nam exceptio tu non potest esse testis, causam differt. c. 1. de exceptionibus, c. præsentium. de testibus: sed hæc exceptio obijcitur, & probatur, vsque ad sententiam: ergo. Tertio
3 facit, nam exceptio excommunicationis dilatoria est. c. exceptionem. c. 2. de exceptionibus: sed hęc exceptio post contestationem, imò in quacumque litis parte admittitur, dicto c. exceptionem. ergo, &c.
4 Quarto facit tex. in c. insinuante. de officio delegati. Vbi elapso termino a iudice præfixo, exceptio dilatoria admittitur. Quinto facit tex. in c. præsentium.
5 de testibus, vbi qui protestatur generaliter, potest elapso termino à iudice statuto, exceptionem quam
6 habet opponere. Vltimo facit, terminum opponendi dilatorias esse litis contestationẽ tex. in l. qui procuratorem. l. filiusfamilias. §. veterani. ff. de procuratoribus. l. licet. l. ita demum. C. de procuratoribus. l. fin. C. de exceptionibus. c. inter monasterium. de re iudicata. c. exceptionem, de exceptionibus, & iure Regio est tex. in foro, exceptio. de probationibus lib. 4. fororum: igitur iudex non potest mutare neq; abreuiare hunc terminum.

7 Sed his non obstantibus contraria sentẽtia (videlicet iudicem posse statuere certum terminũ ad opponẽdas exceptiones dilatorias) verior, & receptior est. Quam defendũt glo. in authentica de exhibẽdis reis. §. sancimus. verbo hoc est. colatione 3. Bartolus in l. 2. nume. 4. ff. de re iudicata. Alex. & Vincentius ibidem

ibidem Castrēsis, in l.interdū, ff.de iudicijs. Panor. in cap.pastoralis, num.4.de exceptionib. Felyn.nu. 20.Dec.21.Parisius,46.Mantuanus,40.in dict.cap.

8 Pastoralis. Et pro huius sniæ explicatione aduerto, inter varias exceptionū diuisiones summā esse alias esse incidētes,quas vocamus perēptorias,alias emergentes, quas dicimus dilatorias, glos. verbo prætor in l. quod iussi. ff. de re iudica. & verbo quoniā, in l. 1.C. de ordine iudiciorū. glo. magna,in cap. 1. de ordine cognitionum docēt,quod incidētes sunt quæ competunt ante litem,vt exceptio consanguinitatis,in d. cap. 1.de ordin.cognitionū,exceptio filiationis, vt in l. 1.C.de ordin. iudiciorum, in c.per tuas,de probationibus. Emergentes esse,quæ competunt post litem, vt exceptio recusationis, cap.insinuante de offitio delegati, exceptio spolij, cap.2. de ordine cognitionum. Sed cōmuniter refellitur vtraq; species, quia potest dari exceptio incidens, quæ competat post litem,vt pactum de non petendo,& potest esse emergens exceptio,quæ ante litem competat,vt excommunicatio.

9 Quare obseruandum est,exceptiones incidentes esse,quæ opponūtur ad principalē causam, & obtinent subiectum illud,quod continetur in petitione principali, quia re, aut specie competit ante litem, vt consanguinitas:pactum de non petēdo:exceptiō rei iudicatę,tex.in cap.1.& 2.de litis contestatione, lib.6. Emergētes exceptiones esse, quæ opponūtur

contra processum, & non contra petitionē principalem, quales sunt dilatoriæ, quarū subiectum est processus inceptus: veluti exceptio excōmunicationis, recusationis, & spoliationis: vt in d. cap. insinuante, & in d. cap. exceptionem, & in d. cap. 2. Ad quam interpretationē reducendi sunt, text. in l. 2. §. fin. & in l. 3. ff. de exceptionib. l. 1. & per totū. C. de ordine cognitionū tex. in cap. pastoralis de exceptionib. & in cap. 1. & 2. de litis contestatio lib. 6. Et sic intelligen Bar. num. 75. Castrēsem, 8. in d. l. 1. & relatos à Maranta 4. par. distinc. 20. & à Menoch. de arbit. quæst. 51. n. casu 19. & 240. In his igitur exceptionib. dilato-

10 tijs, Doctores supra relati ius ciuile, & canonicum considerantes, causarum expeditioni, & malignantium fraudibus semper consuluisse: & etiam partiū expēsis: vt in leg. properandū. C. de iudicijs, cap. finem litibus cap. fin. & de dolo, & contumatia, ca. 2. de causa possessionis, & proprietatis: quod etiam noua Concilij Tridentini sanctione in sessione vigesimaquarta cap. vigesimo innuitū est, & quòd oppositis dilatorijs, lites diutius protrahuntur; quia opponūtur contra processum, & suspenditur causa, vsq; ad earū pronunciationes. In his ergo dilatorijs exceptionibus, ad arcendas fraudes prædictas, & litigantiū malitias, Iudices terminū statuere posse, rationi, & æquitati consonū esse (Doctores inquā supra relati) cōmuniter defendere solēt. Quod absq; dubio, ex vtroq; iure procedit: iure enim canonico

ex cap. pastoralis, de exceptionib. iure quoq; ciuile, cum contrariũ expresse non caueatur, argumento, text. in cap. 1. de noui operis nunciatio.
11 Neq; obstant argumẽta pro prima opinione adducta, non primũ desumptum, ex dict. l. præscriptionẽ, C. de exceptionib. & de l. exceptionem. C. de probationib. cum alijs, vbi probatur exceptiones admitti vsq; ad conclusionẽ: Quia vt diximus exceptionum summam esse; aliàs dilatorias, alias vocari perẽptorias. Dilatorias processui opponi peremptorias verò causæ principali. Dilatoriæ opponũtur ante litis contestationẽ, peremptoriæ vsq; ad conclusionẽ causæ. Et in his vltimis obtinet argumentũ. Et discriminis ratio est, nam dilatorias solũ causam differre, peremptorias causas perimere, vt supra diximus, ac proinde magnum est peremptoriarũ præiudicium: cuius ratione cautius agendũ est ad excludendam peremptoriã: ideo in princip. omissam, vsque ad conclusionẽ admitti rescripserunt Cæsares in dict. l. exceptionẽ. C. de probationib. in l. peremptorias, C. de senten. rescindi non posse, in l. præscriptionẽ. C. de exceptionib. Et esse cõmune concludit Couarr. lib. practicarũ quæstionũ, cap. 20. numer. 8. Asinius latissimè in praxi, §. 13. cap. 3. Vnde glo. in d. cap. pastoralis, dicit solũmodo iudicem posse terminũ constituere ad opponendas exceptiones di-
12 latorias, & non ad peremptorias. Sed contrariũ videlicèt, posse assignare terminum ad peremptorias

quo elapso non admittūtur vlterius. defendunt Abbas, in d. cap. pastoralis, num. 5. & 9. Bero. ibidē Parisius. 7. Dec. 13. Mantua. 15. & idem Mantua in ca. cum sit Romana dę appellatio. Sequūtur Bart. Ias. & Ripa, in l. 2. ff. de re iudic. quæ opinio vtique procedit, præcedente causa vigente.
13 Sed aduertendū est, exceptiones mixtas, termino dilatoriarū excluso non oppositas, postea admittendas fore in vim peremptoriarū, quarum naturā retinent propter illarū grande præiudicium. Et ita interpratandū esse, tex. in d. cap. pastoralis, terminū transactum non impedire, quin exceptiones mixtæ postea admittantur, tanq̃ perēptoriæ. Ita resoluunt Panormit. num. 10. Imol. 8. Felin. 9. Paris. 8. & Mantua. 18. in d. cap. pastoralis, qui satisfacit Decio contrariū tenente, ibidem, num. 8. & ita interpretatur, tex. in cap. 1. & 2. de litis contestatione. lib. 6. Barto. in l. cū quęrebatur. ff. iudicatum solui latè Menoch.
14 de arbitrarijs, casu 19. Vltimo, ex his deducitur supradictam doctrinā non obtiuere in dilatorijs contrarijs, quia si termino iudicis excluso, aliquis dilatoriam opponit, & in ea deficit, poterit post terminum aliam dilatoriam priori contrariā opponere: quoniam eas simul opponere iure nō poterat, quia contraria allegans non est audiendus, cap. solicitudinē. in fin. de appellatio. Bald. in l. 1. num. 19. C. de furtis. cōmunis secundū Imol. in d. cap. pastoralis, de exceptionib. Boeriū. Decis. 43. num. 10. Fundantur,

ex l.contra maiores. C. de inofficio. testam. cap.auditis,de præscriptionib. vbi quando vna deficit per aliam auditur.Sed nihilominus contrariũ magis cõmune est, videlicet,illũ qui in vna deficit non posse aliam omissam etiã contrariam, post terminum opponere, & sic vtramq; intra terminũ; necessarium est opponere. Argumento text.in l.nemo prohibetur.ff.de exceptionibus,cap. nullus pluribus de reg. iur.lib.6.Opponũtur tamen, vel conditionaliter ex l.si quidem.C.de exceptionib. ca.venerabilis eodẽ; vel sub protestatione,quod si in vna deficit alteram prosequetur iuxta formam dicti cap. pastoralis, de exceptionibus,supra explicatam, & sub illa conditione,vel protestatione, etiam contrariæ exceptiones absq; contrarietatis periculo opponũtur,glo.in d.cap.nullus versic.supra. Vnde alij dixerunt cõem opinionẽ,vt Zasius, & ab eo relati, in d.l.nemo, nu. 2.& ita dictam glo.in d.ca. pastoralis,communiter damnari probat Parisius ibidem num.31.Mantu.2.

25 Neq; obstat secundũ argu. in quo dicitur illam exceptionẽ, tu nõ potest esse testis,causam differre: & nihilominus probari vsq; ad causæ conclusionẽ, cap.1.de exceptionib.Quia respondendũ est, illam exceptionẽ magis accedere naturam pereptoriæ, q̃ dilatoriæ. Et ita in forma respondeo nec esse peremptoriã nec dilatoriã; sed annomalã,& extraordinariam. Et propter hoc habet extraordinariam proponẽdi formam. Et ideo exceptio contra testes opponitur

nitur cum primũ poteſt, & probatur cum primum iudice admittitur, iuxa formam dicti cap. præſentium, & d. cap. 1. de exceptionibus.

16 Neq; obſtat 3. argu. quia quamuis excõicationis exceptio proprie dilatoria ſit, illud habet ſpeciale, quod poteſt opponi in quacunq; parte litis. Et qñ uis pars non opponat, poterit iudex excõmunicatum repellere propter excõmunicationis periculũ, vel quia ad publicam autoritatẽ iudicis pertinet excõmunicatum expellere, ne excõmunicatus auctoritate iudicis, prebeat occaſionem participationis, vt in cap. cum inter. & in cap. exceptionem de exceptio. vt ſupra latè diximus in quæſt. 4.

17 Neq; obſtat. 4. argu. ex cap. inſinuante de officio delega. quia eo ibi illa exceptio admiſſa fuit poſt litis conteſtationẽ, quia fuit nouiter orta: & ea, quæ de nouo ſuccedũt nouo indigent auxilio. l. de ętate. §. ex cauſa. ff. de interrogatorijs actionibus, cap. cæterum, de iuramento calũniæ. Quod extendunt Doctores non ſolum, quando elapſo iudicis termino oritur, vt in d. cap. paſtoralis, de exceptionib. vel lite iam conteſtata, vt in d. cap. inſinuante. Verũ etiã quando vterq; iudicis, & iuris terminus elapſus eſt. Nempè quando elapſo iudicis termino, lis fuerit cõteſtata: nouiter orta exceptio tunc admittenda eſt. Quod reſtringitur ſi exceptio nouiter orta ſtatim opponitur, dum à parte cognita eſt, cap. cum circa de exceptionibus. Sed controuerſum eſt, quando

ex-

exceptio nouiter cognita est, an admitti debeat. Et plures Doctores defendunt tunc admittendā esse; iuramento præstito ad notitiam partis modo peruenisse: at verò si post notitiam lis fuerit cōtestata, non fore admittendam. Sibi enim imputari dicunt cū solicita non fuerit pars, ad id inquirendū, quia vigilantibus, & non dormientibus, iura subueniunt; probat glos. si quis omiserit, in l. qui procuratorem. ff. de procuratoribus, & ibi Bal. Paulus in l. ita demū, num. 4. C. de procuratorib. Aretin. in cap. 1. num. 5. de accusationibus, & iure probari defendit Mātua. in d. cap. pastoralis de exceptionibus, nume. 26. Pro qua opinione facit text. difficilis, in l. filiusfamilias, §. veterani, ff. de procuratorib. ibi *nisi hoc tempore litis contestate quocunque casu fuerit prætermissum*. Significat ibi iurisconsultus in illis verbis, quocunq; casū dilatoriam prætermissam, post litis contestationem non fore admittendā quacunq; ex causa alleget esse prætermissam per ignorantiā, quæ comprehēditur illis verbis quocūque casū. Neq; obstat tex. in d. ca. pastoralis, & in d. c. insinuante, & in d. cap. insinuante, & in d. cap. circa. Ex quibus exceptio noue orta, post contestationē admittitur: quia respondeo, qđ quando post contestationem orta est, secundum recta rationem admitti debet. Nec potest dici prętermissa tempore contestationis; quæ nondum orta erat, quando lis fuit contestata.

18 Contrariam tamen opinionem, imò exceptionē noue

noue cognitam, post contestationẽ admitti: si opponitur cum primum cognita est, etiam si orta fuerit ante contestationẽ, & intra terminũ à Iudice constitutum, defendunt plures Doctores infra referendi.
Pro qua opinione primo facit, cõmunis regula, videlicet, ignorantiam omnes excusare. l.si ignorans, ff.locati, cap.si verò de snia excõmun. cap.2. de constitutionib. lib.6. Secundo facit, quòd iudicis terminus, succedit in locũ termini iuris, vt in d. cap. pastoralis, & ibi cõmuniter Doctores. Sed in termino iudicis, exceptio nouiter cognita, elapso termino admittitur: ergo idem erit in termino iuris. Tertio facit, quia eadẽ ratione ęquiparãtur isti duo casus exceptionem noue cognitm, vel ortam esse, vt in d.c. pastoralis: Sed noue ortam post contestationem admitti, ratio hoc petit, & ius est, vt in d. cap. insinuante, quẽ interpretari sumus obtinere; elapso iudicis, & iuris termino, supra in principio huius quæstionis: ergo idem obseruandũ erit ex rationis, similitudine in exceptione cognita, vt admittatur post terminum iudicis, & iuris contestatum. Et ita ampliari debet, d. cap. pastoralis, & tex. in d. cap. insinuante. Docet glo. in l. verbo facti in l. error. C. de iuris, & facti ignorantia, & Bart. ibidem propè finem, & esse cõmune, & ab omnibus receptum testatur Ias. ibidẽ, num. 16. Panormit. in d. cap. pastoralis, num. 30. Felyn. 10. Dec. 18. Parisius, 36.

19 Neque obstat tex. difficilis in d. l. filiusfamilias, §.vetera-

§. veterani quem dupliciter interpretantur; primo illa verba *quocumque casu fuerit prætermissum* intelligi scienter, quod tunc non admittitur exceptio: ergo si ignoranter prætermissa est, debet admitti. Quod patet, dicitur ibi quod miles non potest esse procurator, etiam si aduersarius uelet, & sic loquitur in eo qui sciebat exceptionem sibi competere, excipitur enim ab eo dicto, nisi hoc tempore litis contestationis quocumque casu prætermissum sit. Nam illa exceptio, quæ colligitur in illa dictione, nisi intelligi debet quod scienter prætermissum sit. Qui intellectus adducitur à Decio in d.c. pastoralis num. 18. Secundo interpretatur dictus. §. veterani. quod sicut illa uerba limitantur in exceptione nouæ orta eodem modo limitari debent in exceptione nouæ cognita. Sed hæ interpretationes quamuis subtiles sint facile tamen conuincuntur. Quia primus intellectus, & interpretatio, quod debeat intelligi scienter: defendi nō potest ex his uerbis quocumque casu, quæ & scientiam, & ignorantiam comprehendit; vt aduertit glossa in l. qui procuratorē, verbo si quis omiserit. Rursus quia si iure consultus solum responderet,
8 nisi tempore contestationis prætermissum fuerit, tunc erat locus si excusabatur ignorātia: Sed quoniam addidit quocumque casu voluit comprehendere scientes, & ignorantes. Sibi enim imputent qui contra terminum iudicis, & iuris non consuluerunt sibi. Præterea secunda interpretatio, quæ habet eadem

dem

dem ratione illum tex. limitari, in nouę cognita, ſicut in nouę orta, non conuenit rationi rectę ſermonis: cum nouę orta nullo iure poſſit dici prætermiſſa. Quia prætermiſſum pręſupponit eſſe, quod verificari non poteſt in exceptione quæ nondum erat: ac proinde ille tex. non poteſt ęquiparari ad eum caſum. Cum nouę cognita diſparem habeat rationē: quia ſi iam antea orta erat, & deinde lis conteſtatur, licèt poſtea nouę cognita ſit iam dicitur prætermiſſa, ſecundum rectum ſermonē. Et quamuis ſit ignoranter prætermiſſa, negari nō poteſt eſſe prætermiſſam. Nec excuſabit ignorantia, quoniam iuriſcōſultus non ſolum excludit prætermiſſam: ſed quocumque caſu prætermiſſam. Qua de cauſa ille tex. ſatis vrgens eſt contra communem, & neſcio quid reſponderi poſſit illi: niſi quod tex. in d. c. paſtoralis. qui cōprehendit utrumq; caſum, nouæ ortam, & nouæ cognitam detraxit, & limitauit deciſionem iuriſconſulti, in d. §. veterani, & ita defenditur communis.

Neque obſtat quintum argu. ex. c. prętentium de teſtibus ubi videtur generalem proteſtationem ſufficere. Quia reſpondet cōmunis Doctorum opinio, proteſtationem generalem inutilem eſſe: quia per illam daretur locus, & occaſio fraudum, & lites protraherentur. Quare dicunt tex. in d. c. præſentium, loqui de proteſtatione ſpeciali, & ſic intelligendum eſſe tex. in d. c. paſtoralis. in fine. Argumento. c. 1. de dolo, & contumacia. Quod dicit commune Panormitanus

mitanus in d.c.pastoralis.nu. 17.Felinus 13. Decius 11.Parisius.29.Mantua.25.in d.c.pastoralis. Socin. in l. 1.nu.6.ff.de exceptionibus. Bolognetus in l. nõ solum.§.morte,nu.89.ff.de operis noui nunciatione.Cæterum hæc communis interpretatio, videtur fraudes non tollere. Facile enim erit specialis exceptionis protestationem ponere, & transacto tempore eam prosequendo causam differre. Quare assero elapso iudicis termino non admitti dilatoriam:nisi ratio id petiuerit,ut in casibus expressis in d.c.pastoralis:vel quãdo intra terminum protestatio fit.Hæc tamen protestatio admitti debet si suspicio ex parte protestantis non sit, vel si ex iusto impedimento exceptio nominata,statim discuti non possit: Tunc ratio postulat, elapso termino, si especialiter antea protestatus fuerit,exceptionem admitti.

21 Neque obstat vltimum argum. videlicet terminum à iure constitutum esse litis contestationem,& non posse iudicem abreuiare illum,ex illis iuribus. Quia respondeo illam regulã limitari, quando causarum expeditioni,ad auertẽdam litigantium fraudes,iudex uiderit congruere. Tunc enim certum tẽpus legali breuius assignare poterit ita docuit. Bartolus in l.2.nu.4.ff.de re iudicata;& est communis secundum Panormitanum num.5. Decium 21. Parisium 46.Mantua.40.in d.c. pastoralis de exceptionibus. Sed hæc resolutio eam habet difficultatem, quod Bartolus dicit terminum legalem posse à iudi

ce restringi: vt quando lex ad deliberãdum an reus cedere, vel contendere debeat. 20. dies concedit in authen. offeratur. C. de litis contestatione in c. offeratur. 3. quęst. 3. Quod ille terminus reducatur ad quindecim dies, non est verum. Nec iudex potest facere, nec abreuiare decem dies; quæ dãtur in executione ad probandas exceptiones. Et ideo Bartolus communiter reprobatur, secundum Iason num. 22. Ripam 14. in d. l. 2. ff. de re iudicata, & Decium nu. 13. Bero. 58. in c. cùm sit Romana. de appella. Sed respondeo opinionem Iasonis, & aliorum communẽ esse, & generaliter ueram: videlicet, quod non possit iudex regulariter legum terminum restringere. Sed illa communis nõ obtinet in nostro casu in quo aduitandas cauilationes litigantium: & ne lites protrahantur, iudici licitum esse omnes conueniunt, per tex. in d. c. pastoralis de exceptionibus, & iure Pontificio planam esse hanc interpretationẽ omnes agnoscunt: iure autem ciuili defendi non posse putauit, Panormitanus ibidem nu. 28. ea quidem ratione: nã iure ciuili constitutum est, ut opponantur dilatoriè vsque ad contestationem. l. qui procuratorem. ff. de procuratoribus. l. ita demum. l. licèt. C. eodem: sed hunc legale terminum, ius ciuile nunquam iudici cõmisit, vt ipsum astringere possit, ergo nullæ sunt iudicis partes. iuxta communem Iasonis, & aliorũ; & ita Bartolus nõ potest defendi de iure ciuile. Quo argumento Felinus consternatus, dicit in dicto cap. pastora-

paſtoralis non poſſe colligi iudicem breuiorẽ termi num cõſtituere,quàm ſit conteſtationis terminus.
22 Cæterum Panor. & Felyn. erraſſe manifeſta ratione deprehenditur:quia aſſerendũ eſt, pro arbitrio poſſe iudicem certum terminum ſtatuere,etiam conteſtatione breuiorem, in quo,ex d.c.paſtoralis, oẽs cõueniunt.Præterea dicendum eſt,vtroq; iure poſſe iudicem ad opponendas dilatorias,breuiorem terminum quã ſit conteſtationis aſſignare, contra Panor. quia cùm iure ciuile contrariũ non reperiatur: & iure Pontifico committitur arbitrio iudicis,ex d.c.paſtoralis:ergo vtroq; iure committi dicendum eſt,argumento regulæ reciprocæ in c. 1.& 2. de noui operis nunciatione.Ita tenent Dec.nu. 21.Pariſ.50.Mãtua.40.Menoch.qui paucos Doct.refert,de arbitrarijs,li.2.caſu.240.Et ita contra Panor.& Fely. tenendum eſt. Quem terminum ſecundum ſtylum omnium curiarũ,iudices ad quinque dies ante litis cõteſtationem aſtringere ſolent, vt docet Menochius vbi ſupra quod vtiq; ẽt in hoc regno Valẽtię obſeruatur,licèt tex.in foro.3. de litis conteſtatione li. 4. fororũ ad tres dies, dictũ terminũ ante litis cõteſtationẽ artari diſponat.Et ita in tantum vera eſt ſupra dicta reſolutio,videlicèt vt iudex poſſit terminũ ad opponẽdas exceptiones dilatorias aſtringere, quod elapſo iudicis termino,non debet admitti dilatoria exceptio,non ſolú in illa inſtantia: ſed ẽt non debet admitti [in] appellationis cauſa.Ita interpretant Doct.

H tex.

quo elapso non admittũtur vlterius. defendunt Abbas, in d. cap. pastoralis, num. 5. & 9. Beto. ibidẽ Parisius. 7. Dec. 13. Mantua. 15. & idem Mantua in ca. cum sit Romana de appellatio. Sequũtur Bart. Ias. & Ripa, in l. 2. ff. de re iudic. quæ opinio vtique procedit, præcedente causa vrgente.
13 Sed aduertendũ est, exceptiones mixtas, termino dilatoriarũ excluso non oppositas, postea admittendas fore in vim peremptoriarũ, quarum naturã retinent propter illarũ grande præiudicium. Et ita interpratandũ esse, tex. in d. cap. pastoralis, terminũ transactum non impedire, quin exceptiones mixtæ postea admittantur, tanq̃ perẽptoriæ. Ita resoluunt Panormit. num. 10. Imol. 8. Felin. 9. Paris. 8. & Mantua. 18. in d. cap. pastoralis, qui satisfacit Decio contrariũ tenente, ibidem, num. 8. & ita interpretatur, tex. in cap. 1. & 2. de litis contestatione. lib. 6. Barto. in l. cũ querebatur. ff. iudicatum solui. latè Menoch.
14 de arbitrarijs, casu 19. Vltimo, ex his deducitur supradictam doctrinã non obtinere in dilatorijs contrarijs, quia si termino iudicis excluso, aliquis dilatoriam opponit, & in ea deficit, poterit post terminum aliam dilatoriam priori contrariã opponere: quoniam eas simul opponere iure nõ poterat, quia contraria allegans non est audiendus, cap. solicitudinẽ. in fin. de appellatio. Bald. in l. 1. num. 19. C. de furtis. cõmunis secundũ Imol. in d. cap. pastoralis, de exceptionib. Boeriũ. Decis. 43. num. 10. Fundantur,

ex l.contra maiores. C. de inofficio. testam. cap.auditis,de præscriptionib. vbi quando vna deficit per aliam auditur.Sed nihilominus contrariũ magis cõmune est, videlicet,illũ qui in vna deficit non posse aliam omissam etiã contrariam, post terminum opponere , & sic vtramq; intra terminũ ; necessarium est opponere. Argumento text.in l.nemo prohibetur.ff.de exceptionibus,cap. nullus pluribus de reg. iur.lib.6.Opponũtur tamen, vel conditionaliter ex l.si quidem. C.de exceptionib. ca.venerabilis eodẽ; vel sub protestatione,quod si in vna deficit alteram prosequetur iuxta formam dicti cap. pastoralis, de exceptionibus,supra explicatam,& sub illa conditione,vel protestatione, etiam contrariæ exceptiones absq; contrarietatis periculo opponũtur,glo.in d.cap.nullus versic.supra. Vnde alij dixerunt cõem opinionẽ,vt Zasius, & ab eo relati, in d.l.nemo, nu. 2.& ita dictam glo.in d. ca. pastoralis,communiter damnari probat Parisius ibidem num.31.Mantu.2.

25 Neq; obstat secundũ argu. in quo dicitur illam exceptionẽ, tu nõ potest esse testis,causam differre: & nihilominus probari vsq; ad causæ conclusionẽ, cap.1.de exceptionib.Quia respondendũ est, illam exceptionẽ magis accedere naturam peremptoriæ , q̃ dilatoriæ. Et ita in forma respondeo nec esse peremptoriã nec dilatoriã; sed annomalã,& extraordinariam. Et propter hoc habet extraordinariam proponẽdi formam. Et ideo exceptio contra testes opponitur

nitur cum primū potest, & probatur cum primum iudice admittitur, iuxa formam dicti cap. præsentium, & d. cap. 1. de exceptionibus.

16 Neq; obstat 3. argu. quia quamuis excōicationis exceptio proprie dilatoria sit, illud habet speciale, quod potest opponi in quacunq; parte litis. Et qnāuis pars non opponat, poterit iudex excōmunicatum repellere propter excōmunicationis periculū, vel quia ad publicam autoritatē iudicis pertinet excōmunicatum expellere, ne excōmunicatus auctoritate iudicis, prebeat occasionem participationis, vt in cap. cum inter. & in cap. exceptionem de exceptio. vt supra latè diximus in quæst. 4.

17 Neq; obstat. 4. argu. ex cap. insinuante de officio delega. quia eo ibi illa exceptio admissa fuit post litis contestationē, quia fuit nouiter orta: & ea, quæ de nouo succedūt nouo indigent auxilio. l. de ętate. §. ex causa. ff. de interrogatorijs actionibus, cap. cæterum, de iuramento calūniæ. Quod extendunt Doctores non solum, quando elapso iudicis termino oritur, vt in d. cap. pastoralis, de exceptionib. vel lite iam contestata, vt in d. cap. insinuante. Verū etiā quando vterq; iudicis, & iuris terminus elapsus est. Nempè quando elapso iudicis termino, lis fuerit cō testata: nouiter orta exceptio tunc admittenda est. Quod restringitur si exceptio nouiter orta statim opponitur, dum à parte cognita est, cap. cum circa de exceptionibus. Sed controuersum est, quando

ex-

exceptio nouiter cognita est, an admitti debeat. Et plures Doctores defendunt tunc admittendã esse; iuramento præstito ad notitiam partis modo peruenisse: at verò si post notitiam lis fuerit cõtestata, non fore admittendam. Sibi enim imputari dicunt cũ solicita non fuerit pars, ad id inquirendũ, quia vigilantibus, & non dormientibus, iura subueniunt; probat glos. si quis omiserit, in l. qui procuratorem. ff. de procuratoribus, & ibi Bal. Paulus in l. ita demũ, num. 4. C. de procuratorib. Aretin. in cap. 1. num. 5. de accusationibus, & iure probari defendit Mãtua. in d. cap. pastoralis de exceptionibus, nume. 26. Pro qua opinione facit text. difficilis, in l. filiusfamilias, §. veterani, ff. de procuratorib. ibi *nisi hoc tempore litis contestate quocunque casu fuerit prætermissum*. Significat ibi iurisconsultus in illis verbis, quocunq; casũ dilatoriam prætermissam, post litis contestationem non fore admittendã quacunq; ex causa alleget esse prætermissam per ignorantiã, quæ comprehẽditur illis verbis quocũque casu. Neq; obstat tex. in d. ca. pastoralis, & in d. c. insinuante, & in d. cap. insinuante, & in d. cap. circa. Ex quibus exceptio noue orta, post contestationẽ admittitur: quia respondeo, qđ quando post contestationem orta est, secundum rectam rationem admitti debet. Nec potest dici prętermissa tempore contestationis; quæ nondum orta erat, quando lis fuit contestata.

18 Contrariam tamen opinionem, imò exceptionẽ

noue

noue cognitam, post contestationẽ admitti: si opponitur cum primum cognita est, etiam si orta fuerit ante contestationẽ, & intra terminũ à Iudice constitutum, defendunt plures Doctores infra referendi. Pro qua opinione primo facit, cõmunis regula, videlicèt, ignorantiam omnes excusare. l. si ignorans, ff. locati, cap. si verò de sñia excõmun. cap. 2. de constitutionib. lib. 6. Secundo facit, quòd iudicis terminus, succedit in locũ termini iuris, vt in d. cap. pastoralis, & ibi cõmuniter Doctores. Sed in termino iudicis, exceptio nouitèr cognita, elapso termino admittitur: ergò idem erit in termino iuris. Tertio facit, quia eadẽ ratione ęquiparãtur isti duo casus exceptionem noue cognitm, vel ortam esse, vt in d. c. pastoralis. Sed noue ortam post contestationem admitti, ratio hoc petit, & ius est, vt in d. cap. insinuante, quẽ interpretari sumus obtinere; elapso iudicis, & iuris termino, supra in principio huius quæstionis: ergo idem obseruandũ erit ex rationis, similitudine in exceptione cognita, vt admittatur post terminum iudicis, & iuris contestatum. Et ita ampliari debet, d. cap. pastoralis, & tex. in d. cap. insinuante. Docet glo. in l. verbo facti in l. error. C. de iuris, & facti ignorantia, & Bart. ibidem propè finem, & esse cõmune, & ab omnibus receptum testatur Ias. ibidẽ, num. 16. Panormit. in d. cap. pastoralis, num. 30. Felyn. 10. Dec. 18. Parisius, 36.

19 Neque obstat tex. difficilis in d. l. filiusfamilias, §. vetera-

§. veterani quem dupliciter interpretantur; primo illa verba *quocumque casu fuerit praetermissum* intelligi scienter, quod tunc non admittitur exceptio: ergo si ignoranter praetermissa est, debet admitti. Quod patet, dicitur ibi quod miles non potest esse procurator, etiam si aduersarius uelet, & sic loquitur in eo qui sciebat exceptionem sibi competere, excipitur enim ab eo dicto, nisi hoc tempore litis contestatio nis quocumque casu praetermissum sit. Nam illa exceptio, quae colligitur in illa dictione, nisi intelligi debet quod scienter praetermissum sit. Qui intellectus adducitur à Decio in d.c. pastoralis num. 18. Se cundo interpretatur dictus. §. veterani. quod sicut il la uerba limitantur in exceptione nouae orta eodem modo limitari debent in exceptione nouae cognita. Sed hae interpretationes quamuis subtiles sint fa cile tamen conuincuntur. Quia primus intellectus, & interpretatio, quod debeat intelligi scienter: defendi nō potest ex his uerbis quocumque casu, quae & scientiam, & ignorantiam comprehendit; vt aduertit glossa in l. qui procuratorē, verbo si quis omi serit. Rursus quia si iure consultus solum responde-
8 ret, nisi tempore contestationis praetermissum fuerit, tunc erat locus si excusabatur ignorātia: Sed quo niam addidit quocumque casu voluit comprehendere scientes, & ignorantes. Sibi enim imputent qui contra terminum iudicis, & iuris non consuluerunt sibi. Praeterea secunda interpretatio, quae habet ea-

dem

dem ratione illum tex.limitari,in nouę cognita, sicut in nouę orta,non conuenit rationi recte sermonis:cum nouę orta nullo iure possit dici prætermissa.Quia prætermissum prępupponit esse,quod verificari non potest in exceptione quæ nondum erat: ac proinde ille tex.non potest ęquiparari ad eum casum. Cum nouę cognita disparem habeat rationē: quia si iam antea orta erat,& deinde lis contestatur, licèt postea nouę cognita sit iam dicitur prætermissa,secundum rectum sermonē. Et quamuis sit ignoranter prætermissa,negari nō potest esse prætermissam.Nec excusabit ignorantia,quoniam iuriscōsultus non solum excludit prætermissam: sed quocumque casu prætermissam.Qua de causa ille tex.satis vrgens est contra communem,& nescio quid responderi possit illi:nisi quod tex.in d.c.pastoralis. qui cōprehendit utrumq; casum,nouæ ortam, & nouæ cognitam detraxit, & limitauit decisionem iurisconsulti,in d.§.veterani,& ita defenditur communis.

20 Neque obstat quintum argu.ex.c.pręsentium de testibus ubi videtur generalem protestationem sufficere. Quia respondet cōmunis Doctorum opinio, protestationem generalem inutilem esse: quia per illam daretur locus,& occasio fraudum,& lites protraherentur.Quare dicunt tex. in d.c. præsentium, loqui de protestatione speciali,& sic intelligendum esse tex.in d.c. pastoralis.in fine.Argumento.c. 1. de dolo,& contumacia. Quod dicit commune Panormitanus

mitanus in d.c.pastoralis.nu. 17. Felinus 13. Decius 11. Parisius. 29. Mantua. 25. in d.c. pastoralis. Socin. in l. 1. nu. 6. ff. de exceptionibus. Bolognetus in l. nõ solum. §. morte, nu. 89. ff. de operis noui nunciatione. Cæterum hæc communis interpretatio, videtur fraudes non tollere. Facile enim erit specialis exceptionis protestationem ponere, & transacto tempore eam prosequendo causam differre. Quare assero elapso iudicis termino non admitti dilatoriam: nisi ratio id petiuerit, ut in casibus expressis in d.c. pastoralis: vel quãdo intra terminum protestatio fit. Hæc tamen protestatio admitti debet si suspicio ex parte protestantis non sit, vel si ex iusto impedimento exceptio nominata, statim discuti non possit: Tunc ratio postulat, elapso termino, si specialiter antea protestatus fuerit, exceptionem admitti.

21 Neque obstat vltimum argum. videlicèt terminum à iure constitutum esse litis contestationem, & non posse iudicem abreuiare illum, ex illis iuribus. Quia respondeo illam regulã limitari, quando causarum expeditioni, ad auertẽdam litigantium fraudes, iudex uiderit congruere. Tunc enim certum tẽpus legali breuius assignare poterit ita docuit. Bartolus in l. 2. nu. 4. ff. de re iudicata; & est communis secundum Panormitanum num. 5. Decium 21. Parisium 46. Mantua. 40. in d.c. pastoralis de exceptionibus. Sed hæc resolutio eam habet difficultatem, quod Bartolus dicit terminum legalem posse à iudi-

ce restringi: vt quando lex ad deliberãdum an reus cedere, vel contendere debeat. 20. dies concedit in authen. offeratur. C. de litis contestatione in c. offeratur. 3. quęst. 3. Quod ille terminus reducatur ad quindecim dies, non est verum. Nec iudex potest facere, nec abreuiare decem dies, quæ dãtur in executione ad probandas exceptiones. Et ideo Bartolus communiter reprobatur, secundum Iason num. 22. Ripam 14. in d. l. 2. ff. de re iudicata, & Decium nu. 13. Bero. 58. in c. cùm sit Romana. de appella. Sed respondeo opinionem Iasonis, & aliorum communẽ esse, & generaliter ueram: videlicet, quod non possit iudex regulariter legum terminum restringere. Sed illa communis nõ obtinet in nostro casu in quo aduitandas cauilationes litigantium: & ne lites protrahantur, iudici licitum esse omnes conueniunt, per tex. in d. c. pastoralis de exceptionibus, & iure Pontificio planam esse hanc interpretationẽ omnes agnoscunt: iure autem ciuili defendi non posse putauit, Panormitanus ibidem nu. 28. ea quidem ratione: nã iure ciuili constitutum est, ut opponantur dilatoriæ vsque ad contestationem. l. qui procuratorem. ff. de procuratoribus. l. ita demum. l. licèt. C. eodem: sed hunc legale terminum, ius ciuile nunquam iudici cõmisit, vt ipsum astringere possit, ergo nullæ sunt iudicis partes. iuxta communem Iasonis, & aliorũ; & ita Bartolus nõ potest defendi de iure ciuile. Quo argumento Felinus consternatus, dicit in dicto cap. pastora-

pastoralis non posse colligi iudicem breuiorē termi
nuni constituere,quàm sit contestationis terminus.
22 Cæterum Panor. & Felyn. errasse manifesta ratione
deprehenditur:quia asserendū est, pro arbitrio pos-
se iudicem certum terminum statuere,etiam conte
statione breuiorem, in quo,ex d.c.pastoralis, oēs cō
ueniunt.Præterea dicendum est,vtroq; iure posse iu
dicem ad opponendas dilatorias,breuiorem termi-
num quā sit contestationis assignare, contra Panor.
quia cùm iure ciuile contrariū non reperiatur: & iu
re Pontifico committitur arbitrio iudicis,ex d.c.pa
storalis:ergo vtroq; iure committi dicendum est,ar
gumento regulæ reciprocæ in c.1.& 2. de noui ope
ris nunciatione.Ita tenent Dec.nu.21.Paris.50.Mā-
tua.40.Menoch.qui paucos Doct.refert,de arbitra-
rijs,li.2.casu.240.Et ita contra Panor.& Fely. tenen
dum est. Quem terminum secundum stylum om-
nium curiarū,iudices ad quinque dies ante litis cō-
testationem astringere solent, vt docet Menochius
vbi supra quod vtiq; ēt in hoc regno Valētię obser-
uatur,licèt tex.in foro.3. de litis contestatione li. 4.
fororū ad tres dies, dictū terminū ante litis cōtesta-
tionē artari disponat.Et ita in tantum vera est supra
dicta resolutio,videlicèt vt iudex possit terminū ad
opponēdas exceptiones dilatorias astringere, quod
elapso iudicis termino,non debet admitti dilatoria
exceptio,non solū in illa instantia: sed ēt non debet
admitti ī appellationis causa.Ita interpretanť Doct.

23 tex.in l.ita demũ.& in l.licèt. C. de procuratoribus. & tex.in l.per hanc.C.de temporibus appellationũ. Et dicunt commune Parisius nu.54.Mantua. 42.in d.c.pastoralis, sed Iohãnes Baptista Assignius in sua praxi.§.13.c.2.ampliatione.1.dicit quod quãdo dilatoria nõ opponitur in contestationis termino,tũc non admittitur in appellationis causa:quando vero opponitúr in termino à iudice statuto, tunc dilatoriam in appellationis causa admitti;& hoc esse cõe, & quotidie practicari asserit. Sed hoc non obstante Mãtuani,& aliorũ opinio uera est.Quã latè explicat Ferretus,cons.213. Et ratio est,quia terminus iudicis,quotiescunque constitutus fuerit, ad dilatorias proponẽdas,subrogatur in locum termini iuris: ergo debet sapere illius naturam,argumento.l.itẽ ueniunt.§.cùm prædixerimus.ff.de petitione hæreditatis:Sed natura termini iuris est,ꝙ in cõtestando dilatoria,quã ibi non posuit, non admittatur in causa appellationis,vt oẽs fatentur communiter:ergo terminus iudicis debet eãdem naturam obtinere: cùm Parisio, & Ferreto,& Mantuano, qui sequuntur Panor.hanc opinionem tenentem, in d.ca. pastoralis. Et ita absoluitur hæc amplissima quæstio.

SVMMARIVM.

1 *Referuntur Doctores,qui dicunt delegati iurisdictionem prorogabilem esse.*

2 *Delegati iurisdictionem non esse prorogabilem, defendunt plures doctores.*

Dele-

3 *Delegati iurisdictio de persona ad personam non est prorogabilis, secus est in aliis casibus.*
4 *Interpretatio multorum iurium, in quibus prorogatio admittitur.*
5 *Impugnatur superior concordia.*
6 *Prorogationem de persona ad personam admittendam esse, defendit quædam communis opinio.*
7 *Interpretatio ad c. p. & g. de officio delegati.*
8 *Vera interpretatio ad c. p. & g. de officio delegati.*
9 *Obiectio aduersus interpretationem c. p. & g. de officio delegati.*
10 *Reiicitur superior obiectio, quia in prorogatione confessoris non sufficit simplicis sacerdotis iurisdictio.*
11 *Ad prorogandam iurisdictionem requiritur iurisdictio in habitu, & in actu, non solum in pœnitentialibus, sed etiam in iudicialibus.*
12 *Iudex extra territorium non habet iurisdictionem, neque in habitu, neque in actu.*
13 *Arbiter non potest ex prorogatione iudex fieri.*
14 *Prorogatio iurisdictionis non solum admittitur in spiritualibus, & ciuilibus: sed etiam in criminalibus.*
15 *Prorogatio vt valeat requirit vtriusque partis consensum.*
16 *Prorogatio iurisdictionis, vt irreuocabilis sit, iudici, & partibus: oportet quod iudicium sit inceptum.*
17 *Reprehenduntur Curtius, & Ripa.*
18 *Explicatur opinio Iacobini, & Couarru. ad l. si conuenerit. ff. de iurisdictione omnium iudicum, existimantium ibi inutilem fuisse prorogationem.*
19 *A prorogatione potest discedi ante inceptum iudicium.*
20 *Notantur varia consideratione digna, ad l. 1. ff. de iudiciis, & ad l. si cõuenerit ff. de iurisdictione omnium iudicum.*
21 *Plura consideratione digna, ad ueram interpretationem c. 3. de iudiciis animaduertuntur.*
22 *Proponitur differentia quæ inter ius canonicum, & ciuile est in prorogatione iurisdictionis.*

QVÆSTIO XXIV.

AN IVRISDICTIO IVDICIS DELEGATI, PROROGARI POSSIT.

1 HANC quæstionem explicauimus latè sicut superiorem, quoniã diffusam, & amplã materiam continet. Primumque in ea affirmatiuam partem defendunt gl.fin. in l.1.C. de iurisdictione omnium iudicum.gl.2.in l.1.ff. de iudicijs Alex.cons.52.nu.4.lib.6.Felyn.in ca.p.& g.nu.6.& ibi Mantua.nu.11.de officio delegati,& communis ibi. Pro qua opinione facit primo optima ratio, nã delegatus iudex est: ergo prorogabilis. Consequẽtia probatur ex l.1.ff. de iudicijs ibi *Cuiusuis iudicis*: vbi iudicẽ esse iurisconsultus solũmodo ad prorogãdũ exigit: sed delegatus iudex est, vt per totũ de officio delegati.igit̃ prorogabilis. Secũdo faciũt plura iura, tex.in l.2.§.sed si iudex.ff.de iudicijs.c.cùm olim,& 1.de officio delegati.c.statutum.§. in nullo de rescriptis in 6.l.de qua re.§.1.ff.de iudicijs, in quibus delegati iurisdictionem prorogari posse innuitur.

2 Sed contrariam sententiam videlicèt, iurisdictionem delegati prorogari non posse, defendunt Bart. nu.6.Cagnol.24.Curtius 30.in l.1.ff.de iudicijs.Panor.num.12 Imola.60 Fely.5 in d.c.p.& g. Soci.in c.significasti, nu.16.de foro comp.Pro qua sentẽtia facit tex.in d.c.p.& g.de officio delegati: vbi expres-

sum

sum est, delegati iurisdictioné non esse prorogabi-
3 lem. Sed in hac duarum opinionum altercatione, re-
ceptior est cōpositio Doctorum, vt delegati iurisdi-
ctio de persona ad personam, non sit prorogabilis.
Et ita intelligendus est tex. in d. c. p. & g. In alijs auté
casibus delegati iurisdictio prorogabilis sit, & ita
4 procedere iura in prima opinione allegata. Vnde
Doctores interpretantur tex. in l. 2. §. sed & si iudex.
ff. de iudicijs, & tex. in d. c. de causis. in principio, ea
ratione intelligi de prorogatione de tempore ad té-
pus, & d. cap. cum olim. 1. & dictam. l. de quare. pro-
cedere in prorogatione de re ad rem; & text. in d. ca.
statutum. §. in nullo procedere in prorogatione de
loco ad locum. Quam resolutionem, & concor-
diam, vltra relatos prosecuntur Iacobinus, num. 26.
Cagnol. 41. in d. l. 1. Beroius in d. ca. de causis, num.
4. Sed hæc concordia grauem habet difficultatem.
5 Et contra ipsam facit primo, quia si concedatur in
cæteris casibus dari prorogationem fatédum etiam
erit admitti de persona ad personam, ex rationis
idemtitate: in cęteris autem casibus constat ex plu-
ribus iuribus: ergo in ipsa prorogatione, de perso-
na ad personam. Secundo facit, quia de re ad perso-
nam utile est argumentum: ex l. qui facere. ff. de sta-
tu hominū: sed de re ad ré fit prorogatio, ex d. ca. cū
olim: ergo de persona ad personā. Tertio facit, quod
de tépore ad personā argumentum valet, ex l. quod
plures. ff. de vulgari: Sed de tempore ad tépus proro-

gatio fit, ex d.l.2.§.sed si iudex, & in d.c. de causis er-
6 go de persona ad personam. Ex quibus rationibus, alia communis Doctorum opinio defendit, prorogationem de persona ad personam admitti. Et difficultas cõsistit, in responsione ad c.p.& g. Et Cagnol. in d.l.1.nu.4. Curt.nu.30. Mantua. in d.c.p. & g. dicunt prorogationẽ non admitti in d.c.p.& g. de per-
7 sona ad personam, ob causæ diuersitatem. Et ideo asserunt delegatum ad vniuersitatem causarum prorogabilem esse, ex d.gl.2. Ita Alex. Felyn. & Mantua. ubi supra, licèt contrarium teneat Capra, in tit. prorogationum regula.34.nu.49.& 1.tho. communiũ opin. vers. prorogatio. Sed supradicta interpretatio ad d.c.p. & g. licet applicari possit, conuincitur ex verbis finalibus illius tex. quibus cõstat Romanum Pontificem prorogationem damnare, ex iurisdictio-
8 nis defectu, nõ ex causæ diuersitate. Quare ego astricta disputandi ratione, facile illi tex. respondeo, prorogationem ibi de persona ad personam, ex eo non admitti: quia factam esse constat à personis diuersi fori. Ille enim Abbas ecclesiasticus Iudex est: mercatores laici erant, Iohãnes laicus etiam est: & ita vtraque pars prorogationi consentiens secularis erat: & nec actor nec reus, de iurisdictione illius iudicis. Absurdum igitur foret, ex prorogationis consequẽtia, ecclesiasticum fieri iudicem inter mere laicos, in causa omnino ciuili; contra Romani Pontificis protestationem in c.nouit, de iudicijs. Quam inter-

pretatio-

pretationem probo ex verbis ipsius tex. ibi: *Quia indictum Iohannem habebat, & sic iurisdictionis prorogatio nullam noscitur extitisse*. Significat itaque Romanus Pontifex cessare prorogationem, ex defectu iurisdictionis, quo ad Iohannem laicum, & prędictos mercatores, pertinentes ad forum seculare. Neq; obstat vers. fin. ibi: *Cum huiusmodi delegata, &c.* Ex qua ratione deduci videtur, non admitti prorogationem de persona ad personam. Quia respondeo illam rationem reduci, ad speciem diuersi fori: Primo ex illis verbis, *huiusmodi*, quæ referuntur ad verba pręcedētia, ibi: *Quia prædictum Iohannem*. Secundo esto quod nō scriptum sit uerbum huiusmodi, semper meminisse oportebit, rationem etiam qualem per legem expressam reducendam esse, ad relationis speciem, aliter enim sustineri non posset ratio generalis, à Romano Pontifice expressa in c. si diligenti. de præscriptionibus, ibi: *Cum in præscriptione rerum Ecclesiasticarum, &c.* Quam ad præscribentem resistēte iure cōi reduci necessarium est, sic etiam explicāda est ratio, ab eodem Romano Pōtifice posita in c. nobis de exceptionibus, vt ibi late explicat Panormitanus.

9 Sed aduersus supradictam interpretationem d. c. p. & g. potest sic insurgi: iudex ecclesiasticus secularem habet iurisdictionem saltim in habitu, & potētia; quę succedente causa reducitur ad actum: sed ad prorogandum sufficit iurisdictio in habitu, & potētia: ergo illius Abbatis iurisdictio poterat a laicis

prorogari. Propositio probatur ex c. nouit, de iudicijs, & ex c. ex suscepto, de foro competen. & ex illis quæ supra late docui, in quæst. 9. nu. 4. cum sequentibus. Assumptio probatur ex d. l. 1. ibi: *Cuiusuis iudicis*. Sed qui cognitionem habet in habitu iudex est: ergo prorogabilis illius iurisdictio. Vnde interpretes legistæ infra referendi informiter proponentes hoc argumentum, deducunt iudicem extra territorium in l. fina. ff. de iurisdictio. habere iurisdictioné in habitu, & potentia, & idem glos. 1. in l. 3. ff. de officio Præsidis. & à partibus prorogari posse, & ita ex d. glo. dicunt commune Alex. nu. 4. Iason nu. 3. in d.
10 l. fin. Sed alij interpretes assumptionem superioris argumenti negantes, dicunt iurisdictionem in habitu non sufficere ad prorogandum, quod probat gl. verbo aliena, in c. omnis vtriusque de pęnitentijs, & remissionibus, & gl. in uerbo spolium in clementina. 1. de priuilegijs, quæ affirmāt ad prorogationem confessoris nō sufficere simplicis sacerdotis iurisdictionem, licèt in habitu iurisdictionem sacerdotes consequantur, ut constat Iohannis vltimo, ibi: *Accipite Spiritumsanctum, &c.* Et explicat concilium Trident. sess. 14. ca. 5. & 6. & de Sacramento Pęnitentiæ sess. 23. c. 15. Et ita supra d. gl. aliqui probauerūt. Sed demum magis communiter reprobatæ sunt, secundum Panor. nu. 14. in d. c. omnis, & Aufrerium ad capellam Tolosanam, decis. 221. & Nauarrum Episcuetam in c. placuit nu. 49. de pœnitentia distin. 6. & in

ma-

manuali.ca.4.in principio,nu.4.Sotum in 4.distin. 18.quæst.4.art.3.col.9.vers.postremum dubium: à quibus probatur legistarum communis, iurisdictio nem nempè in habitu sufficere. Cęterum nouissima concilij sanctione glossæ canonicæ confirmantur, videlicet, non sufficere in habitu sacerdotium ad cõfessoris prorogationem: ex d.sess.23.c.15. Et inde reprobatur argumentum supra propositum: nam ad prorogationẽ in habitu,& in actu iurisdictio requiritur, ex supra d.c.nu.5: cum actus pœnitentialis iudiciali similis sit, vt in eodem concilio Triden. sess. 14.ca.6.diffinitum est: igitur in iudiciali in habitu, & in actu necessaria iurisdictio est. Quare nouissimi discrimen ponunt, inter utrumque forum, quasi in pœnitentiali ius magis singulare uersetur, maioris periculi ratione. Sed hæc differẽtia reijcitur ex prorogationis natura, exigẽte eandẽ formã, & speciem.

11 Qua de causa ad quæstionẽ sic respondeo,& primo dico in pœnitentialibus habitum, & actum ad prorogationem necessarium esse, iuxta concilij decreta. Secundo in iudicialibus idem ius obseruandum esse, ex consimili argumento,& natura prorogationis: tum etiam quia si priuati iurisdictionem in habitu possent reducere ad actum, plus iudici tribuerent quam lex, vel Princeps; iuxta d.l.1.& 2.& l. nemo,& l.priuatorum.C.de iurisdic.om. Tertio noto. opinionem communem legistarum uerã esse in exemplo, falsam vero in propositione, & ratione.

Pro-

Proponũt namq; gl.in d.l.1.Alex. & Iaſon in d.l. fin. & ibi Cagnol.nu.22.Curt.nu.2. ſufficere iuriſdictionẽ in habitu ad prorogandũ, & hæc propoſitio opinionis,conuincetur vtiq; ex ſuperioribus: referunt tamen exemplum in iudice cõſiſtente extra territo-
12 rium,in ſpecie legis fin.Exemplum uerum eſt,ſi ita explicetur:iudex dum extra territorium eſt,neq; in habitu,neque in actu iuriſdictionẽ habet,ſed reputatur priuatus tex.optimus in l.3.ff. de officio Præſidis,& ibi Gueuara.Nam ſi iudex in territorio conſtitutus,extra territorium percipiat mandata,nullá habebunt uim, cum illic nullam habeat poteſtatem d. l.fin.& in c.2.de conſtitutionib.li.6. Et conſequenter ſi ipſe extra territoriũ ſit,tunc pręcipiendi poteſtatẽ non habet,fit itaque quod ſit tunc, vt exerceat prorogetur, inutilis ſit prorogatio: quia nec habet, iuriſdictionẽ in habitu neque in actu,quia priuatus eſt. At ſi prorogatio fit,& confertur in tẽpus habile, qñ ad territorium reddat,vtilis eſt prorogatio, quia tũnc,& in habitu,& in actu, iuriſdictionem habet.
13 Ex his etiam infertur nõ cadere prorogationẽ in arbitrũ, quia neq; eſt iudex neq; habet iuriſdictionem,ſed tantum notionem tex. optimus in l.ait Pręter.ff.de re iudicata,& docet glo.1.in l.1.ff. de iudicijs quam communiter ſequũtur Doctores, ex Ant. de Butr.in ca. diſpendia.§.reus quoque de reſcriptis in 6.Pro qua opinione facit quod prorogatio debet fieri ſub eadem ſpecie,vt ſupra dictum eſt; ſed arbiter di-

ter diuersam habet speciẽ à iudice.l. Sed & si ĩ seruũ. §.si quis iudex. ff.de receptis arbitris. d.l. ait Prætor. ff.de re iudicata igitur arbiter ex ꝓrogatione iudex fieri nequit. Et hæc opinio est vera licèt contrarium defendat Capra, in tractatu de prorogationibus 1. tom.vers.prorogatio. nu.79.affirmans arbitrũ posse prorogari,cuius ratio nõ obest nempe arbitrum, & delegatum æquiparari ex c.vno delegatorum de officio delegati; & quod ĩ delegato cadit prorogatio, & sic debere cadere in arbitrum. Quia respondeo illam æquiparationẽ solum procedere quo ad ea quæ continentur in d.c.vno delegatorum,ut ibi Doctores.Sed opinio Capræ conciliari potest, & erit vera quando in arbitrum fit prorogatio,vt pronũciet, vt arbiter;nam tunc cum possint partes in eum cõpromittere, nihil mirũ si possint prorogare eius notionem,secus tamen esset si uellent in eum tãquam in iudice facere prorogationẽ:ratio est, quia partes nõ possunt iudicem creare,ex d.l.priuatorum. C.de iurisdic.om.Quod receptissimum est iure ciuili; Iure tamen Canonico iudex unius causæ in eadem arbiter elegi potest,& hoc, vt breuitati litium magis cõsultum sit; & quia ecclesijs,& clericis litigare inhonestum,& incommodum est,tex.in c.ex parte,& in c.cum tempore de arbitris.

14 Præterea ex superioribus deducitur,primo obseruandum esse,nõ solum in spiritualibus, & ciuilibus prorogationem admitti,sed etiam in criminalibus:

con-

couueniente iurisdictione eiusdem speciei: iuxta l. 1. C. vbi de criminibus agi oportet, resolui gl. fin. in d. l. 1. ff. de iudicijs. Sed huic repugnat, certam esse formam criminum persecutioni: vtroque iure præscriptam: quam prorogatio non continet. l. in criminali. C. de iurisdictione omnium iudicum. l. nõ distinguemus. §. idem Iulianus. ff. de receptis arbitris in c. qualiter, & quando. 2. in c. inquisitionis de accusationibus. Rursus quia si prorogatio admitteretur, Reipublicę non satisfieret, ex crimine offensę. Tum etiam fraudi, & contioni manifesta daretur occasio. Quare his non obstantibus resolutio sit: prorogationem in criminalibus fieri posse: quando de partium pręiudicio dumtaxat ageretur. Ipsis enim consentientibus ius prorogationem admittens, iniuriam non facit. Ita obseruat Benedictus Capra vbi supra, & Iulius Clarus, lib. 5. receptarum sententiarum. §. fin. quæst. 42. nu. 1.

15 Secundum obseruandum est, ad prorogationem necessarium esse utriusque partis consensum, tex. in l. 1. & 2. §. conuenire. ff. de iudicijs, & in l. si conuenerit. ff. de iurisdic. & in c. 1. & in c. significasti de foro competenti. Adeo quod iudicis consensus necessarius non est, tex. in l. 2. §. conuenire. Sed contrarium defendunt aliqui Doctores per text. in d. l. 2. §. sed si iudex, & per text. in d. c. 1. & c. significasti de foro cõpetenti. Sed resolutio sit, ad prorogationem non esse necessarium iudicis consensum explicitum, bene

tamen

tamen implicitum. Quod expresse probat iurisconsultus in d.l.2.§.conuenire, ibi: *Et putet suam iurisdictionem esse*, significat itaque in quacunque prorogatione perfectum esse iudicium, si litigatoribus prorogantibus assentiat iudex, putans eos prorogasse. Et sic, si iudex ad tẽpus datus, videri litigatores elapso tempore causam prosequi, putans eos prorogasse, vtiliter liti consentit. Et ita obseruari docet Speculator, titulo de competenti iudicis.§.Item quæritur. Imol.nu.62.Sicul.60.Mantua.43. in d.c.p.& g. Assignius in praxi forensi.§.21.c.2.nu.3. Neque obstat text.in d.§. sed & si iudex, quia interpretandus est intelligi de consensu implicito, semper necessario: non de explicito, quem excludit tex.in d.§. conuenire. Nec repugnat attenta ea interpretatione. §. sed & si iudex esse superfluum, quia cõsensus implicitus iam fuerat descriptus, in d.§.conuenire. Quoniam respondeo tex.in d.§.sed si iudex celebrem esse, & satis vtilem. Quod enim iurisconsultus proposuerat in §.conuenire, quo ad iudices ordinarios, extẽditur singulariter quo ad delegatos, in quibus maior non est dubitatio. Neq; obstat tex.in d.c.1. & c. significasti, de foro competenti. quia diuersam continet speciem loquuntur enim de consensu proprij iudicis derelicti, nos uero loquimur de consensu iudicis alieni, huius iurisdictio prorogatur, in qua specie utrumque ius conuenit, in altera vero differt, vt explicabimus.

Tertio

Tertio obseruandum est, quod vt prorogatio iudici, & partibus irreuocabilis sit, iudicium inceptũ esse oportet, ita intelligendus est tex. in d. l. 1. ibi, si se subijciant, & hoc significat tex. in l. si conuenerit. ff. de iurisdictione omniũ iudi. ibi: *Et priusquam adeatur*, in quo conueniunt omnes infra referẽdi. Ratio est (alijs omissis) quia vt ius plene dicatur quęsitum, rem tradi necessarium est l. traditionibus. C. de pactis: quod refertur ad res corporales. Sed quo ad incorporales cum tradi impossibile sit, quasi tradũtur iste. Quod fit vtique per usum, & exercitiũ, l. si partem. ff. quemadmodum seruitutes amittantur. Inde cum iurisdictio incorporalis sit, vt eius prorogatio perfecta dicatur, quo ad iudicem, & partes, eadẽ vti
16 oportet, vt ius plene dicatur quæsitũ. Ita subtiliter Aret. in c. 2. nu. 79. de iudicijs. magis receptus à Soc. in d. l. conuenerit. nu. 27. & à Cardinali Albano ibi in principio, & ab Alciato in l. penul. nu. 5. C de pactis, & à Goueano, lib. 2. variarum. c. ad legem si cõuenerit, & à Cuiatio, lib. 7. ad Africanum. c. 1. Vnde primo cauendum est à Iasone, nu. 35. opinãte, vsum requiri ad creandam nouam iurisdictionẽ: sed non ad prorogandam. Sed valde fallitur, quia noua creã di potestas, nunquam partibus attributa fuit. l. priuatorum. C. de iurisdictione. Rursus in prorogatione noua constituitur, quo ad illos homines, & illã causam, ac proinde, vt ius plene quæratur iudiciũ
17 inceptum esse requiritur. Secundo cauendum est à

Curtio,

Curtio, nu. 18. in d. l. 1. & à Ripa, nu. 49. in d. c. 1. opinantes, quod licèt ante inceptum iudicium iurisdictio non dicatur prorogata, ex cõuentione. d. l. si cõuenerit. Ex ea tamen resultat actio quędam personalis ad compellendum eum, qui volũtatem mutauit, sufficiens, ex tex. celebri in §. fin. in principio instituta de seruitutibus. & in l. sicut ab initio. C. de actionibus, & obligationibus. Cęterũ Curtius, & Ripa coniungunt relationes ualde separatas: nam in l. si cõuenerit. nudam fuisse conuentionem nemo est qui negat, in §. autem fin. stipulationem innitã fuisse, concors est sentẽtia. Et inde in hac specie succedit actio personalis pro defendẽda seruitute, ut in altera specie contra mutantem voluntatẽ: nec realis, nec personalis competit. Quare conuerso si actus de prorogando, fieret per stipulationem solemnem: licèt ex ea prorogatio non conficiatur, succederet tamen actio personalis: quia voluntatem mutans, vt stipulationi staret compelleretur, vt in §. fin. Atque ita si in d. §. fin. seruitutis constitutio nulla conuentione fieret, sicut in l. si conuenerit: nec realis, nec personalis resultaret etenim.

18 Ex his est aduertendum, attentè esse explicandã opinionem Iasonis Iacobini, & Couarruuiæ in cap. quamuis pactum. prima parte. §. 4. nu. 6. defendentium in specie. l. si conuenerit. non vtilem esse stipulationem. Si enim hoc accipimus quo ad formandã prorogationem defendi potest; quia ante inceptũ

iudicium

iudicium stipulatio inutilis est. Ex ea enim non dicitur formata prorogatio. Cæterum si illa opinio accipitur stipulationem inutilẽ esse, in d.l. si cõuenerit, sicut fuerit nuda conuentio, nullo iure defendi potest. Quamuis enim stipulatio prorogationem non conficiat, vt ab ea recedi non possit: producit tamẽ actionem personalem, sufficiẽtem ad compellendũ eum qui voluntatem mutauit, vt iam prædiximus.

19 Tertio deducitur ante inceptum iudicium, posse quẽlibet à prorogatione discedere: prętorem, & iudicium recusare. tex. in l. 1. & 2. §. conuenire. ff. de iudicijs. Nam si resolutum est ex d. §. cõuenire, vt prorogatio irreuocabilis sit, iudiciũ inceptũ esse oportere, & iudicem implicite consensisse: fit consequẽs, ante huius formę implementum, posse iudicem recusare, & dissentire: & eadem ratione quemcumq; ex litigantibus uoluntatem mutare posse. Quod docuit iurisconsf. Afric. in d.l. si cõuenerit, ibi *& priusquam adeatur*, & est commune. Sed huic resolutioni obstat difficilis tex. in l. 1. ff. de iudicijs. in qua fatendum est (vt lex illa effectum sortiatur) à prorogatione facta, partes discedere nõ posse. Obstat etiam tex. in c. 1. de iudicijs, vbi Episcopus qui uoluntatẽ mutauit ante inceptum iudicium, esse à sacris, & humanis interdictum. Ad hęc igitur iura plures Doctores uarios intellectus reddidere: quibus omissis hæc notanda sunt. Et in primis legem primã ff. de iudicijs. prorogationi formam præscripsisse, qua obseruata

proroga-

prorogantibus illicitum eſſe penitere, quando ſcili-
cet prorogatio iam confecta eſt, & neceſſarijs requi
20 ſitis conſtat. Secundo notandum eſt. l. ſi conuene-
rit. procedere ante perfectam prorogationem: qua
in ſpecie penitere licitũ eſt. Tertio notãdum eſt, in
illius. l. relatione, nuda dumtaxat conuentione de
prorogando actum eſſe. Quarto notandũ eſt, Afric.
iuriſconſ. in ea l. de vnius tantum pœnitentia dubi-
taſſe, & ſic verba illa videlicèt, mutata voluntas fue-
rit, eſſe interpretanda vnius, & non vtriuſq;, vt opi-
nati ſunt Maranta, & Couarr. quos conuincunt Go-
ueanus, & Cuiatius, & verus illius intellectus. Quin
to in illa lege non iure ſingulari ex prorogationis le
ge prodito, ſed communibus traditionibus, ante in
ceptum iudicium, Afric. voluntatem mutare permi
ſiſſe; ſignificatq; id illis ſupradictis verbis, vt receptiſ
ſimum eſt, quidquid Curtius, & Ripa inuoluerint.
Sexto de prorogãda noui iudicis iuriſdictione, Afri
canum reſpõdiſſe: quod legis verba, & ipſa ratio de-
monſtrant. Ac proinde ſupra bene diximus Iaſoné
erraſſe, affirmando non eſſe neceſſarium iuriſdictio
nis exercitium. Septimo ſtipulationem in illa lege
inutilem non fore, dum actionem perſonalem pro-
ducit, vt ſuperius obſeruabimus. 8. ſicut nec conuen
tione nuda, nec ſtipulatione, prorogatio cõficitur,
ante inceptum iudicium, ita nec renunciatione ex
Bal. in c. p. & g. nu 9. recepto à Decio, & ab Alciato,
num. 11. & 16. in l. pen. C. de pactis. Nono notandũ

est, diuersum esse, prorogationem perfectã esse, vel ex conuentione actionẽ produceere. Actio enim producitur iure Cęsareo ex stipulatione, pontificio vero ex nuda conuẽtione. Hac itaq; actione non conficitur prorogatio: sed compellitur qui voluntatẽ mutat: quod si recusat sucedit obligatio ad interesse, ex interpretatione. Bart. in d. l. si conuenerit. nu. 4. receptus ab infra citandis. Prorogata autem iurisdictione, efficitur ex requisitis supra explicatis, quod aliquo deficiente non sit agendum ex lege prorogationis, cùm nondum perfecta fuerit: sed ex conuentionis lege, secundum speciem qua fuerit conuentum. Decimo noto, in ca. 1. de iudicijs diuersam esse relationẽ, non enim de alieni iudicis prorogatione, sed de proprio non recusando, actum est. Vndecimo, illum Episcopum in cõcilio generali conuẽtum fuisse, magis receptã esse interpretationẽ. Duodecimo Episcopum interrogatũ fuisse, si vellet cum aduersarijs experiri: non ad impediendam totius concilij recusationẽ, quoniam conciliũ generale recusari non potest) sed ad impediẽdam recusationẽ, illorum Episcoporum: quos Concil. illius causæ cognitioni pręfuerat. Quod constat ex vera illius tex. interpretatione, desumpta ex originali in primo tho. conciliorũ, in subscriptione de archiuo, & matricula Numidię. c. 52. fol. 510. vbi scriptum est interrogatũ fuisse, an vellet apud certos Episcopos experiri, vt in noua decretaliũ impressione à Plátino excussa, & à doctissi-

mo

ino Concio reformata, legitur an vellet apud Episc. experiri. Quare cùm Episc. respondisset velle; recusationi renuntiauit: & postea pœnitétia ductus, voluntatem mutauit, & à Concilio cōpellitur dicta excommunicationis sententia. Nec refert iudiciũ non fuisse inceptũ, non enim de prorogãdo, sed de nõ recusando, conuẽtio præcesserat. Hæc est verissima interpretatio, vt in d.l. si cõuenerit probat Rimin. nu. 3. Ias. nu. 35. Card. Alba. in princip. Sebast. Sapia, nu. 20. Cagnol. 16. in d.l. 1. Abbas. 17. Dec. 19. Ripa. 49. Alciat. 20. Bero. 138. Mantua. 42. in d.c. 1. Couarru. in d.c. quamuis pactum. 1. par. §. 4. Cuiatius ad Africanum. 7. tit. in principio.

22 His itaque omnibus vtrumq; ius conuenit, quare ergo argumẽto principali satisfacit cõmunis, cõstituendo vtriusq; iuris differentiam. Et ita resoluendum est, vnã esse vtriusq; iuris ad prorogandum legem, quo ad prædicta requisita. Cæterum maximũ consistit discrimen respectũ proprij iudicis, quo inuito iure ciuili alieni iudicis prorogatio fit, ex d.l. 1. & 2. ff. de iudicijs, & ex d.l. si conuenerit, & ex d.l. 1. C. de iurisdict. om. Iure autem Pontificio proprij iudicis licentiam præcedere requiritur, ex d.c. significasti. hac ratione, nã ecclesiastica iurisdictio D. Petro, & successoribus data, & in Prælatos deriuata, ad ipsos tantum pertinet: hac proinde sine ipsorum cõsensu, in alios transferri non potest. Nec clericis hęc vnquam tributa fuit potestas. Sed iure ciuili alieni

iudicis prorogatio permissa est: nec unquam iurisdi ctionis priuatio expressa fuit; & personis priuatis prorogare competit; quia ab initio iurisdictio erat penès populum, & ab ea fuit translata in Reges; vt constat ex l. 2. ff. de origine iuris. Facile itaq; reuerti tur ad suam naturam, argumento. l. si vnus. §. pactus ne peteret, vers. quòd in specie dotis. ff. de pactis in c. ab exordio. 35. distinct. Et hoc sufficiat: nec credo penitere legentes fusius quam soleo explicasse prorogationis materiam in hac quæst.

SVMMARIVM.

1 *Delegatum non posse exequi sententiam ab eo latā defendunt plures Doctores.*
2 *Quæ meri imperij sunt non delegantur.*
3 *Iurisdictio delegati, finitur post pronunciationem.*
4 *Delegatum posse executioni mandare sententiam ab eo latam, defendit quædam communis opinio.*
5 *Delegatus non potest exequi eius sententiam, nisi specialiter executio fuerit delegata.*
6 *Pedani iudices, qui olim dicebantur.*
7 *Delegatione facta omnia censentur concessa, sine quibus iurisdictio experiri nequit, quò ad causæ diffinitionem.*
8 *Intellectus ad l. fin. C. de iudicijs.*

QVÆSTIO XXV.

AN IVDICIS DELEGATI SENTENTIA sit exequenda ab ipso, vel à iudice delegante.

1 PARTEM negatiuam (videlicèt iudicem delegatum non posse suam sententiam exequi, sed eius executionem ad delegatum pertinere), defen-

defendit gl. in l. tale pactum verbo sequuntur. ff. de pactis, & in l. properandū. §. sin autem verbo ad maiorem. C. de iudicijs. Panor. in c. si quis contra, num. 39. de foro comp. Veroius in ca. significasti eodē tit. nu. 8. Alciat. lib. 3. paradoxorum. c. 4. nu. 3. & plures quos refert Menoc. de arbitrarijs quæst. 64. Duaren. lib. 1. disputationum. c. 53. Iulius Clar. lib. 3. sententiarum. §. iurisdictio. Pro qua sententia facit primo, tex. in l. a diuo Pio. l. ait prætor. ff. de re iudicata, vbi solummodo facultas exequendi conceditur illis qui iudicem præbēt: ergo delegati cùm iurisdictionem habeant à delegante, exequi sententias non possunt,
2 l. cum Prætor. ff. de iudicijs. Secūndo facit, quia omnia quæ meri imperij sunt non delegantur. l. nemo potest. ff. de regulis iuris: exequi tamen sententiam meri imperij est. l. iubere cauere. ff. de iurisdictione omnium iudicum: ergo delegatus non poterit
3 exequi suam sententiam. Tertio facit, nam delegati iurisdictio pronunciatione finitur, siue bene, siue male iudicauerit. l. sicut proponis. C. quomodo, & quando iudices glos. ibi & Bart. & Alexan. in l. iudex post ea quam nume. 12. ff. de re iudicata. Vantius de nullitatibus tit. coram quo nullitas proponi possit, nu. 14. Plures refert Tiraq. in l. boues. §. hoc sermone limitatione. 1. nu. 7. igitur executio ab eo fieri nequit, tanquam ab incompetenti, & non habenti iurisdictionem in hoc.
4 Sed contrariam sententiam, defendit glo. in d. c.

si quis contra.verbo si quis.de foro comp. & ibi Marianus,& Felyn. & dicit cõem Soc. in l. 1. ff. qui & à quo appella. Guido Papæ, consi. 21. qui alios Doctores refert. Mouentur hac ratione nam concessa iurisdictione,& omnia concessa videntur, sine quibus iurisdictio experiri nequit, l. 2. ff. de iurisdictione omnium iudicum. ca. in litteris, de officio delegati, sed sine executione non experitur iurisdictio: ergo etiam executio concessa uidetur. Pro qua sententia facit etiam text. in l. fin. C. de iudicijs, & auth. ei qui
5 iurat. C. de bonis auctoritate iudicis possidetis. Sed in hac varietate Doctorum dicendum est, in pũcto iuris veriorem esse primam sententiam, videlicèt, delegatum non posse exequi suam sententiam, nisi
6 specialiter commissa illi executio fuerit. Et ita pro vera,& originali explicatione huius materiæ notandum est, olim prętores varijs impeditis negotijs priuatas causas non iudicare: sed litigantibus petentibus, delegatum iudicem, quem pedanum uocabãt, concedebant, vt colligitur ex l. placet. C. de pedaneis iudicibus,& ita intelligitur. l. 2. ff. de iurisdictione omnium iudicum ibi *iudices litigantibus dari*. Prætor autem iudici dato formãm præscribebat, ita ut ab ea nullo modo recedere liceret, docet Theophilus in principio institu. de interdictis, Duarenus in l. iurisgentium verbo actionem ff. de pactis.& lib. 1. disputationum. c. 53. Constantius lib. 1. quæst. ca. 9. nu. 3. Couar. in regula possessor. 2. par. §. 6. nu. 4. Vnde

de intelligitur difficilis text.in l.cum fideicommissum. ff. de confessis:vbi arbiter ad restituendum fideicõmissum datus, si comperiat fideicommissum non deberi,non potest absoluere: sed hæredem ad prætorem remittere debet, vt absoluat: & explicat elegãter Cuiatius ad Africanum tit.in principio.Et ideo iudices non possunt sententiam suam exequi: sed prætoribus qui eos dederunt remittebant. d.l. ait prætor.ff.de re iudicata. Qui cum iudices delegati essent, omnia hæc in iudice delegato procedere necesse est,vt vulgus male intellexit. Et ita accipiendus est tex.in l.à diuo Pio.dum ait sententiam iudicum datorum exequi debere,qui eos dederunt; secundũ quam interpretationem intelliguntur iura, pro prima opinione relata. Quia postea quam iudex datus, uel delegatus tulit sentẽtiam,functus est officio suo.l.iudex postea quam.ff. de re iudicata,vt docet Corrasius,li.3.misellanearum. c.10. Cuiatius, & Othomanus in §.autem,de actionibus.

7 Quare non obstat argumentum alterius opinionis,nam delegatione facta omnia censentur concessa,sine quibus causa experiri nequit, quo ad eius diffinitionem non tamen quo ad executionem. Et ea ratione cum missio in possessionem ex primo decreto conceruat causæ diffinitionem, & non executionem, poterit fieri per iudicem delegatum.l. cognitio.§.& possessio.ff. de officio eius cui est mandata, docent doctores in l. 1 .ff. de iurisdictione omnium

iudicum,& in c.cum venissent, de eo qui mittitur in possessione. Neq; obstat tex. in l. fin. C. de iudicijs, nã ex illis verbis ibi *ab Agusto* constat in delegato Principis eam l. loqui, qui maiorem habet potestatem quam alterius iudicis inferioris delegantis, ut ibi interpretatur Bart. & dicit commune Fulgo. & Doct. in c. significasti. de officio delegati. Guido Papæ singulari. 369. Alciat. in rubr. de offi. ordinari num. 18. Sed aliquibus hic intellectus verus nõ videtur, ideo interpretantur eam. l. non loqui de iudice delegato, qui non potest exequi suam sententiam, sed de executore dato ab eo qui iudicẽ dedit, erant enim tunc
8 executores deputati, ad sententias per alios latas exequendas, vt in authen. de iudicibus. §. vno quoq;, & ita illum text. interpretatur, Iason in d. l. à diuo Pio. num. 10. Cuiatius lib. 9. obseruationum. c. 27.

SVMMARIVM.

1 *Sententiam interlocutoriam, potest qui eam tulit mutare.*
2 *Sententiam contra minorem latam, potest iudex mutare.*
3 *Error positus in scriptura potest a iudice corrigi.*
4 *Iudex qui prætermisit ordinem iudiciorum in sententia, potest illam emendare.*
5 *Sententia ex falsis instrumentis lata, potest ab eodem iudice reuocari.*
6 *Iudex sententiam suam reuocare non potest.*
7 *Iudex suam sententiam interpretari non potest.*
8 *Intellectus ad l. dicere. ff. de arbitris, & ad l. Paulus. ff. de re iudicata, cum alijs.*
9 *Aduersus minorẽ curatorẽ non habentem, sententia proferenda nõ est.*

10 Iu-

10 *Iudex errorem positum in sententia corrigere potest, dummodo senten tia non mutetur.*

11 *Nullitas si sit in sententia, adhuc iudex non est suo officio functus.*

QVÆSTIO XXVI.

AN IVDEX SENTENTIAM suam, reuocare possit.

1 IN præsenti quæstione, affirmatiuam partem defendunt sequentia argumenta, quorum primũ est: Interlocutoriam sentẽtiam iudex reuocare potest, & non solum interlocutoriam, verumetiam diffinitiuam. l. dicere. ff. de arbitris. l. Paulus. ff. de re iudic. l. fi. C. de sententijs quæ sine certa quantitate:
2 igitur, &c. Secundo, sententias cõtra minores latas, potest iudex reuocare. l. in causæ. 2. in fine. ff. de minoribus. l. si Præses. C. quomodo & quando iudices:
3 ergo sententiam omnem ab ipso prolatam. Tertio, iudex potest errorem positum in scriptura sententiæ, quandocũq; viderit corrigere, & mutare. l. actorum. ff. de re iudicata: igitur & sententiam suam po-
4 test reuocare. Quarto, si ordinem iudiciorum iudex prætermiserit in sententia, eũdem ordinem per aliã sententiam restituere potest. c. qualiter, el 2. de accusationibus. Veluti si parte absente, & non citata, sententiam ferat, non transit tunc sententia in rem iudicatam. l. quæsitum. ff. de re iudic. Sed suam sententiam reuocare potest. c. cùm Bertold. de senten. & re iudic.

iudic.Igitur dicendum est posse suam sentētiam reuocare. Quinto, si ex falsis instrumentis iudex sententiam tulit, ipsemet potest eā reuocare.l. 2.l. falsum. C.si ex falsis instrumentis. Quod idē est si ex falsis testibus pecunia corruptis fuerit lata sententia, vt defendit gl.in l. 1.ff.sentētiam rescindi nō posse: ergo.

6 Sed his non obstantibus contraria sententia verior,& receptior est, vt defendunt Bal.in l. 1.C.quādo prouocare non est necesse, colu. 2.vers.ex prædictis.Filipp.Fran.in c.dilecto, colu. 27.de appellatio. Roman.singul.407.Iason in l.quo minus.nu. 5.ff.de fluminibus.Hyppolitus de Marcilis in l.de unoquoque.ff.de re iudicata.nu. 19.Pro qua sententia facit, quòd iudex postquam tulit sententiam, eam corrigere non potest. l. iudex ff. de re iudicata.l.hac l.C. de sententijs: quamuis eodem die id facere velit.l. cum quærebatur.ff.de re iudicata, quòd adeo verum est, vt pœnam contentam in sententia ampliare, vel minuere nō possit.l acta.§.1.ff.de re iudicata d.l. hac l.C.de sententijs.l.relegati.ff.de pœnis.l.pœnam. C. eodem tit.Nec id facere potest Præses Prouinciæ. d. l.pœnam.C.de pœnis, Solus enim Princeps hoc facere potest.d.l.relegati in fin.l.aut damnum in fine.ff.

7 de pęnis.Secundo facit, quod iudex sententiam suā interpretari non potest.l.ab executore.ff. de appellationibus: etiam si eodem die uelit.d.l. cum quærebatur.ff.de re iudicata.l.diui.ff.de pęnis.l. 1. in fin.ff.de quæst.Quod latè docuit Bell.decis. 51.& 92.642.&

dicit

dicit cōmune Aret. in l. qui ex pluribus. ff. de verborum obligatio. Et tenendo istam sententiã, non obstant argumenta supra pro prima opinione proposita, non primum ex d. l. dicere. ff. de arbitris, quinimo pro contraria sētētia retorquetur, cùm potiùs arbitrum suam sententiã mutare non posse innuat. Nec tex. in l. Paulus. ff. de re iudicata. nec tex. in l. fin. C. de sententijs quæ. quia potius circa ea quæ dimissa erant à iudice procedunt, quam quòd iudex pronunciatum reuocare possit. Iudex enim siue ordinarius, siue delegatus, siue arbiter ritè, & rectè procedens semel diffinitiuè, vel etiam super incompetentiam, aut alio modo, vim diffinitiuè habente, condēnando vel absoluendo, vel quidquam aliud statuendo, vel declarando, sententiam tulerit, in continēti habita huiusmodi sententia pro absoluta, eius potestas expirat, ac officium, & auctoritas cessant. Ideoq; sentētiam prius dictam reuocare, corrigere, vel sub quouis erroris prætextu, emendare non potest. Vt de ordinario est tex. in l. Iudex postea quam, & in l. quod iussit, & in l. acta. §. amplianda, & in l. cum quęrebatur. ff. de re iudicata. l. 1. §. 1. de quæst. l. diui fratres. l. mores. §. iste. ff. de pœnis. l. post sententiam. C. de sententijs. l. 1. C. sententiam rescindi non posse, cùm alijs. De arbitro est text. in l. dicere. cùm duabus sequentibus. ff. de arbitris. De iudice delegato est tex. in c. in litteris. ca. significantibus. ca. cùm su-
9 per. c. uenerabilis de officio delegati. Neq; obstat se-

cun-

cundum argu. quia fauore minorum id cautũ est, nã
contra indefensos minores curatorem, vel tutorem
non habentes, cùm sententia proferenda non sit. l.
acta, in fin. ff. de re iudicata. eis subuenitur per resti-
tutionem in integrum. l. perfectum. ff. de minori-
10. bus. Non obstat tertium argu. quia eatenus iudex er
rorem positum in scriptura sentẽtiæ mutare, vel cor
rigere potest, dummodo decretum sententiæ non
mutetur, nec tenor sentẽtiæ prolatę alteretur. Quod
non difficile colligitur ex d. l. actorum. ff. de iudicijs.
vt latè docet. Bart. in l. 2. ff. de sentẽtijs experi. & Bal.
in l. error. in fin. C. de iuris, & facti ignorantia. & in
11 l. 1. C. sententiam rescindi non posse. Neque obstat.
4. & 5. argu. quia ex illis iuribus deprehenditur aper
tissimas nullitates, in illis sententijs fuisse, propter
quas cùm iudex adhuc functus non fuerit suo offi-
cio, iterum de nouo declarare, & sententiam prola-
tam reuocare potuit. Potest namque iudex ordina-
rius reformare suam sententiam diffinitiuam, nulli
ter prolatam. Ex quo per prolationẽ sententiæ quæ
nulla est, eius officium, & iurisdictio non expirat, vt
est gl. ordinaria, & ibi Bald. in l. ut proponis. la 1. C.
quomodo, & quando, & in l. Præses. C. eodem tit. l. 1.
iuncta glo. in vers. proferretur. C. de aduo. diuersorũ
iudicum, & in d. l. 1. C. de sentẽtijs. l. si accusatoribus.
C. de accusationibus. l. fi. & ibi Bal. & Angelus. C. de
sentẽtijs, quæ sine certa quan. gl. in c. loci 35. quæst.
9. Et facit text. in ca. Diabertum ibi *reiterari oporteret*

quod

quod male actum est. 7.quæst.1.& tex.in l.qui tamen, & in l.quia.ff.de arbitris. docent Doct. omnes in d. c.dilectus,& Felyn.in ca.qualiter,& quando,colu.2. Quod procedit etiam si iudex habeat iurisdictionem prorogatam, & vigore prorogationis pronunciasset,quia nihilominus si sententia esset nulla, poterit iterum de nouo pronuntiare ita docet Castrensis in l.1.§.1.ff.de iuris. Et in terminis Guido Papæ, quæst.462.Capicius decis.1.num.26.

SVMMARIVM.

1 *Restitutionem in integrum non impedire executionẽ sententiæ, nisi incontinenti læsio demonstretur,defendit quædam communis opinio Bartoli,& aliorum.*

2 *In iudicio summario non admittuntur exceptiones altiorem indaginẽ requirentes.*

3 *Restitutio in integrum impedit executionem sententiæ.*

4 *Restitutio in integrum est quædam species appellationis.*

5 *Effectus sententiæ impeditur per restitutionem in integrum.*

6 *Intellectus ad tex.in c.suscitata de restitutione in integrum.*

7 *Restitutio in integrum, an impediat executionem trium sententiarum conformium.*

8 *Probatio læsionis quando incontinenti fieri dicatur.*

QVÆSTIO XXVII.

AN RESTITVTIO IN INTEGRVM, impediat executionem sententiæ.

1 BARTOLVS in l.si se non obtulit.§. condemnatam,nu.3.existimat, quod si petens restitutionem in integrum,aduersus sentẽtiam, offerat se incontinenti læsionem probaturum, im-

pediat

pediat tunc executionem ſentétiæ,ſecus verò alias.
Quam ſententiam defendit idem Bart.in l.ſi Prętor.
§.Marcellus.ff.de iudicijs.Bal.in l.fi.C.ſi ex falſis in-
2 ſtrumentis.Pro qua opinione facit, quod in iudicio ſummario non admittuntur exceptiones, requiren tes altiorem indaginem. l.3.§. ibidem ſubiungit. ff. ad exhibendum. l. ille à quo.§.ſi de teſtamento.ff.ad Trebell.l. ſi is à quo.ff. vt in poſſeſſione legatorum. Secundo facit text.in c.ſuſcitata. de in integrum re-ſtitutione: vbi cauſam reſtitutionis non impedit executionem.

3 Sed contrariam ſententiam, videlicèt reſtitutio-nem in integrum executionem impedire, quamuis cauſa lęſionis non ſit incontinenti probanda, verior & receptior eſt. Quam defendunt Imola Cumanus, & Alex.in d.l.ſi ſe non obtulit.ff.de re iudicata,vt te ſtatur Iaſon nu.26.Ripa.30.ibidem in §.condemna tum.eiuſdem.l.Couarru.& ab eo relati. c.25.nume.
4 7.practicarum quæſtionũ. Pro qua ſentétia facit, ꝙ in integrum reſtitutio eſt quædam ſpecies appella-tionis.l.Præſes.ff.de minoribus: & appellatione pen dente ſententia exequi non poteſt. l. 1.ff. nihil noua ri appellatione pendente: ergo neque pendente re-ſtitutione exequi poterit.Secundo facit,Rubrica,& totus tit.C. de in integrum reſtitutione poſtulata,
5 ne quid noui fiat. Tertio facit tex.in l.ſi cauſa cogni ta. verſ. ſuſpendatur.C.de tranſactionibus.vbi effe-ctus ſententię impeditur per reſtitutionem in inte-grum.

grum. Vltimo facit tex. in l. defendente. ff. de auctoritate tutorũ, vbi petitio restitutionis impedit executionem sentẽtiæ, ex quibus omnibus facilè satisfieri poterit priori. Bartoli argumento. Nec mouere debet tex. in d. c. suscitata: nam ibi propter vehementes præsumptiones calumniæ, quæ militabant contra reum condemnatum, non impeditur executio. Constat ex eodem tex. ibi *nec uero propter excogitatam malitiam*, quibus prēsumptionibus cessantibus, impeditur executio: vt considerarunt rectè Iason, & Ripa, vbi supra. Verum licèt causa restitutionis im-
7 pediat executionem sententię, quæ transiuit in rem iudicatam, tamen controuersum est, an impediat executionem trium sententiarum conformium, & Bal. in l. vnica, col. vltima. C. ne liceat tertio prouocare. Alex. vbi supra, & Couar. in d. c. 25. nu. fin. defendunt non impedire executionem, quia præsumitur restitutionem maliciosè postulatã fuisse, iuxta Clementinam. 1. de re iudica. Sed contrariam opinionè defendunt Salicetus, & Doctores ab eo relati, in d. l. 1. C ne liceat tertio prouocare. Sed ego in hac difficultate cùm distinctione (de qua supra) loquẽdum censeo, nẽpè si petitæ restitutioni, incontinenti probatio læsionis offeratur, tunc vtique executionẽ impedire, secus alias; ita defendit glos. verbo sententiæ in d. c. suscitata. Cephal. cons. 116. num. 6. vol. 1. Asinius in sua praxi. §. 31. c. 2. limit. 5. num. 2. & Menochius de arbitra. lib. 2. centu. 1. casu. 9. nu. 3. Et huius rei

rei ratio efficax est, nam qui incontinenti probationem offert omnem malitiæ præsumptionem extinguit.
8 Sed quomodo incontinenti probatio lęsionis fieri dicatur, controuerti solet. Plures enim sunt Doctores asserentes probationem læsionis incontinenti fieri, si fiant intra id tempus in quo executio sententiæ fieret, si apposita restitutio non fuisset, cuius opinionis est auctor, & caput Bart. in d. l. 4. §. condēnatum. nu. 4. ff. de re iudicata. Sed Bald. in l. fin. C. de iudic. docet id incontinenti fieri, quòd in triduum fit; quem sequitur Fely. in c. veniens. 2. nu. 5. de testibus, sed merito eos reprehendit Menoch. de recuperan. poss. remedio. 1. & Beroius in ca. 1. nu. 38. de restitutione spoliatorum. Quare in hac difficultate dicendum est, hoc iudicis arbitrio relinqui, ita docet glos. verbo hodie. ff. vt in possessione lega. quam sequitur Alciatus responso. 409. & Menochius de arbitra. lib. 2. centuaria. 1. casu. 9. nume. 1.

SVMMARIVM

1 *NVllitatem impedire executionem trium sententiarum conformium defendunt quamplures Doctores.*
2 *Clausula appellatione remota, non habet locum quando sententia est iniqua.*
3 *Probatio quæ incontinenti fit, inducit notorium.*
4 *Executio trium sententiarum conformium, non potest impediri per nullitatem.*
5 *A sententia non licet tertio prouocare.*
6 *Adducitur dispositio clementinæ. 1. de re iudicata.*
7 *Iure Regio post tres sententias non admittitur nullitas euidens.*
8 *Proponitur conciliatio Doctorum.*

Intel-

9 *Intellectus ad forum per tal, tit, de executione sententiarum.*
10 *Nullitas proueniens ex defectu iurisdictionis, iure regio non impedit executionem trium sententiarum conformium.*

QVÆSTIO XXVIII.

AN NVLLITATIS EXCEPTIO INCONtinenti probanda, Impediat executionem trium sententiarum conformium.

1 IN hac quæstione affirmatiuã partem, defendunt Doctores relati à Ripa in l. si se non obtulit. §. cõdemnatum. ff. de re iudicata. & relati à Couarru.
2 in practicis quæst. ca. 25. nu. 2. Pro qua opinione facit, quod clausula appellatione remota nõ habet locum quando sententia est notoriè, & euidenter iniqua. c. inter cæteras, de sentẽtia, & re iudicata: igitur non cẽsebitur sublata exceptio nullitatis, si nullitas
3 incontinenti est probanda. Secundo facit, quod probatio, quæ incontinenti fit, inducit notorium. c. cũ olim de verborum significationibus. l. fi. C. de re iudicata: sed notorium excludit quamcũque præsumptionem iuris, & de iure, vt docet Panor. in c. fraternitatis, de frigidis, & in c. cùm dilecta. de rescriptis, & consequenter excludit præsumptionem, quę pro tribus sententijs conformibus haberi potuit: ergo nullitas incontinenti probanda excludit executionem trium sententiarum conformium.
4 Sed contraria sententia etenim verior, & recce-

ptior est, videlicet nullitatem incontinenti probandam, non impedire nec retardare executionem triũ sententiarum conformium. Quam defendunt Imola, & Cardinalis in clementina. 1. de re iudicata Roman. sing. 287. & in hac sententia declinare videtur Bart. in l. si expressim, col. 3. ff. de appella. Pro qua facit tex. in l. fin. C. de fide instrumentorum, & tex in l. 2. C. si ex falsis instrumentis. ex quibus deprehenditur, quòd opponenti exceptionem nullitatis, obstat exceptio rei iudicatę trium sentẽtiarum, & vlterius
5 non auditur. Secundo facit tex. in c. sua nobis, de appellationibus, & totus titulus cum rubrica. C. ne li-
6 ceat tertio prouocare. Tertio facit expressus ad hoc tex. in clementina. 1. de re iudicata: vbi si exceptio nullitatis impediret executionem trium sententiarum, nihil tex. adduceret de nouo, quod non est di-
7 cendum. Quarto facit text. de iure regio nostro Val. in foro *per tal quæ les calumnies*, tit. de executione sententiarum, lib. 7. fororũ: vbi post tres sententias non
8 admittitur nullitas euidens. Sed Alex. in d. l. si se non obtulit. §. condemnatam, nu. 3. & relati à Ripa, & à Couarru. vbi supra has opiniones conatur conciliare, dicentes quod si nullitas notoria est, & ex actis processus manifeste colligi possit, tunc incontinenti eam deducendo impedire executionem triũ sententiarum: secus autem esse, si alias per aliam viam probare ipsam existimetur. Sed hęc concordia quãuis iure communi vix sustineri possit: tamen iure regio

regio vera non est, forus enim supradictus, non solũ inquit euidentem nullitatem, non impedire executionem trium sententiarum conformium, verũetiã dicit *encara ques mostras per actes, &c.* Quod denotat euidentem nullitatem ex actis processus ortam,
9 non impedire dictam executionem. Ratio quidem huius text. foralis esse potuit, quia vehemens est præsumptio pro sententia, quę nec per appellationem, nec per supplicationem suspendi potuit. Iuxta ea quę notantur in c. in pręsentia, de renunciatione, &
10 in c. quoniam contra, de probationibus. Ex his deducitur, quòd licèt communis Doctorum opinio sit, quod nullitas proueniens ex defectu iurisdictionis, impediat executionem trium sententiarum cõformium: Vt defendunt Paulus de Castr. cons. 99. & 662. Ancaran. & Panormita. in d. clementina 1. & plures relati à Couarr. vbi supra: tamen hæc opinio iure regio ex dicto foro substineri non potest: ibi *encara quæ fos per incompetencia de iutge*; expresse innuitur in illis uerbis exceptionem nullitatis ex defectu iurisdictionis, non impedire executionem trium sententiarum conformium.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio quo iure est inuenta.*
2 *Appellationem iure diuino fuisse inuentam, defendunt aliqui Doctores.*
3 *Appellatio est quadam defensio.*
4 *Appellationem esse inuentam de iure naturali, defendit communis.*

5 *Appellationem esse inuentam de iure ciuili, defendit altera communis.*
6 *Defensio pacto tolli non potest, secus appellatio.*
7 *Appellatio quo ad essentiam illius, est de iure naturali, & quo ad solemnitatem de iure ciuili.*
8 *Respondetur fundamentis contrariæ sententiæ.*

QVÆSTIO XXIX.

QVO IVRE FVERIT INVENTA appellatio.

1 IN præsenti quæstione tres reperiuntur Doctorum opiniones, nam quidam existimant iure diuino fuisse appellationem inuentam: alij iure naturali: alij iure Romanorum ciuile. Sigilatimq;
2 hę opiniones explicabuntur. Et primo iure diuino appellationem fuisse inuentam, defendunt Andræas de Isernia in cap. vnico. quę sint regalia in usibus feudorum. verbo, & bona committentium crimen, num. 11. Sequitur Parisius de Puteo, in tractatu de syndicatu, verbo appellatio. c. 4. num. 1. in fin. Pro qua opinione facit, auctoritas illa actuum Apostolorum, ibi *Cæsarem appello.* & ibi *Cæsarem appella-*
3 *sti, ad Cæsarem ibis.* Sed hæc opinio defendi non potest, & conuincitur ex eo quod appellatio est quædam defensio, vt in cap. cum Episcopali. §. porro. & in cap. suggestum. de appellationibus. & in c. omnis oppressus. 2. quæst. 6. sed defensiones sunt de iure naturali l. vt vim. ff. de iustitia, & iure. l. 1. §.

cum

cũ arietes.ff.si quadrupes pauperiem fecisse dicatur. c.si vero. 2.de sententia excommuni.& tex.in c.dilecto,eodem tit.li.6.c.cùm inter,de exceptionibus,& clementina pastoralis.§.cæterum,de re iudicata:ergo &c. Neque obstat tex.ille actum Apostolorum, quia non procedit statuendo,sed referendo: & ideo Apostolus Paulus Cęsarem appellauit, quia iure naturali est licitum vnicuique se defendere, appellando.

4 Quare hac opinione sic confutata, alij existimãt appellationem fuisse inuentam de iure naturali ex supra citato fundamento. Quam sententiam nõnulli improbant ex tex.in l.vnica.C.de sententijs præfectorum prætorio ibi *legum adminicula*: & quia olim manu regia expediebantur siquidem adhuc non essent inuentæ solemnitates iudiciorum,neque appellationes,ut probatur in l.2. in principio ibi *lege lata*

5 *factum est*.ff.de origine iuris.Pro qua opinione facit, quod appellatio inter multas naturas,quę habet, retractandi sententiam continet naturam, vt in l.1.ff. de appellatio.& sic propter hoc multi Doctores defendunt iure ciuili inuentam esse,cùm etiam sententia iure ciuili inuenta sit, vt probatur in l. Iulianus, vers.debito.ff.de conditione indebiti. & in l.ex hoc iure.ff. de iustitia, & iure: ergo,& appellatio,vt in l. manumissiones quoque. ff. de iustitia,& iure. Quia vis exclusiui,debet esse eiusdem naturæ,cuius & exclusum argumento tex.in c. 1. de regulis iuris, & in

l.nihil tam naturale.ff.eodem. §.fin.institu.de legiti
6. ma agnatorum tutella. Rursus pro hac opinione facit, nam defensio quæ iuris naturalis est, pacto tolli non potest, clementina pastoralis.§.cęteri.de re iudicata, & in l.pactum. vbi notant Doct. ff.de pact. sed appellatio tolli potest per pactũ, vt in l.fin.ad finem. C. de temporibus appellationum: & quia appellatio, & recusatio æquiparantur, vt in ca.super eo.el 2. & in c.nouit, de appellatio. & recusatio potest tolli per pactum, vt cum Especulatore docet Mantua. in rubrica de appellatio.nu. 13. igitur dicendum est appellationem esse inuentam iure ciuili.
7. Sed pro concordia harum opinionum, est adhibenda distinctio; nam aut loquimur de appellatione quo ad eius essentiam, & substantiam, & hoc respectu dicitur inuenta de iure naturali, per fundamenta supra adducta. Ad quòd põderari potest tex. in l.serui ff.de appellationi.vbi serui, qui iure ciuili, pro nihilo reputantur: vt in l.quòd attinet. ff.de regulis iuris, permissum est appellare, & sic præsuponitur remedium esse naturale: nam alias non concederetur seruis appellatio. Aut verò loquimur de appellatione quo ad formam, & solemnitatem, quia appellatio habet suas solemnitates, vt in l.qui suspectũ in fin.ff.de appellationibus, & hoc respectu dicitur inuenta de iure ciuili, vt docent Panor.nu.6. Fely.3. Dec.9. in rubrica de appella.
8. Neq; obstant fundamenta cõtraria, quibus probatur

batur appellationem esse inuẽtam à iure ciuili, quia procedunt respectu formę, & eo respectu potest tolli per pactum. Neque obstat si replices, formalitatẽ tolli non posse quin tollatur substantia, cum conexorum idem debeat esse iudicium, vt in c. translato, de constitutionibus. & in l. quòd Religiosis. ff. de rei vendicatione. Quia respondeo dupliciter, primo substantialia appellationis hoc casu non tolli principaliter, sed in quandã consequentiam, & ideo nõ attenditur, vt in l. 1. ff. de auct. tut. Vel secundo respondetur, non tolli eius substãtia oĩno, quia esto ꝙ pars nõ defendatur mediante appellatione, poteri defendi per alia iuris remedia, vt infra in qõ. 31. dicemus.

SVMMARIVM.

1 *INtra tempus concessum a iure ad appellandum, an res iudicata dicatur.*

2 *Res iudicata non dicitur, intra tempus datum ad appellandum.*

3 *Res iudicata non dicitur, quando finis controuersiæ imponitur.*

4 *Intellectus ad l. eleganter. §. si post rem iudicatam. ff. de transactionibus.*

5 *Intellectus ad l. & post rẽ iudicatã. & ad l. litigatoribus. C. de appella.*

QVÆSTIO XXX.

AN INTRA TEMPVS DATVM AD APpellandum, res iudicata dicatur.

1 DVBITARI frequenter solet à Doctoribus, quando res dicatur iudicata, & an intra tẽpus datum ad appellandum, dicatur res iudicata. Et partem affirmatiuam, videlicèt intra illud

tempus dici rem iudicatam, docet glos. in l. 1. verbo accepit. ff. de re iudicata, & cùm ea magis communis legistarum opinio: vt constat ex Bar. in d. l. 1. nu. 2. ff. de re iudicata, quem sequuntur Cuma. nu. 4. Ias. 8. Ripa. 6. Socin. 1. ibidem Dec. in l. res iudicata, nu. 7. de regulis iuris, & ibi Cagnol. nu. 6. Pro qua sententia facit tex. in l. eleganter. §. si post rem iudicatam. ibi *quid ergo si appellatum sit*, iuncta glo. ibi in verbo si appellatum, & in l. post rem iudicatã in principio. ff. de trãsactionibus. & in l. litigatoribus. ibi quoties. res. C. de appellationibus.

2 Sed contrariam sententiam (videlicèt intrá tempus datum ad appellandum non dici rem iudicatã) defendit optima glo. verbo innouatam in c. non solum de appella. lib. 6. Hostiensis in summa de re iudicata. & est communis opinio canonistarum, vt testatur Bart. & cæteri Docto. vbi supra. Pro qua facit tex. in c. quo ad consultationem, ibi *quod cum post decem dierum spatium* in c. cum inter. de re iudicata. in c. cum dilecti. in fin. de electione. in c. 1. §. fin. de ex-

3 ceptionibus, lib. 6. Secundo facit, quòd res iudicata dicitur quando finis controuersiæ imponitur, iuxta tex. in l. 1. ff. de re iudicata, & in l. penul. ibi *res iudica-*

4 *ta vigorem*. C. de exceptione rei iudicatę. Sed vbi appellatio locum habet, nondũ controuersiæ finis imponitur: igitur non est res iudicata. Et hac sententia retenta non obstat text. in l. eleganter. §. si post rem iudicatã, ibi *quid ergo si appellatum sit*, quia ibi iurisc.

mutat

mutat especiem, quã supra tractauit, & incipit agere de transactione facta ante rem iudicatam: vt patet ex eodem tex. in vers. tũc enim. Ex quo apparet, quòd quando appellatum est, transactio ideo valet, quia pendente appellatione non dicitur res iudicata. Et rescriptum Anthoni solum procedit in transactione facta, post rem iudicatam. Iuxta quam interpretationem text. ille pro contraria parte potest retorqueri: vt rectè aduertit glo. ibi verbo attẽtari potest.
5 Neque obstat tex. in d. l. & post rem iudicatam, & in d. l. litigatoribus; nam licèt latine res iudicata dicatur post sententiam diffinitiuam etiam intra tẽpus constitutum ad appellandum; quia per sententiam res vel causa iudicata fuit: tamen apud nos res iudicata accipitur cum effectu, pro causa taliter decisa, vt finem acciperet cõtrouersiæ, vt sententia executioni mandari possit. Iuxta, tex. in d. l. 1. ff. de re iudicata. Ratio autem potissima, cur intra tempus datum ad appellandum, non dicitur res iudicata, illa est; quia per appellationem extinguitur sententia. l. 1. §. fin. ff. ad Turpinianum, ibi *quia prouocationis remedio*. l. 2. §. fin. ibi *cæterum si prouocet, nondum damnatus videtur*. ff. de pœnis. l. 1. ibi *integer enim status*. ff. nihil nouari appellatione pendente, & explicabimus infra latè in quæst. 32.

SVMMARIVM.

1 *Principem non posse concedere rescriptum, cum clausula appellatione remota, defendunt plures Doctores.*

2 *Appellationem posse tolli per Principẽ, defendit cõis doctorũ opinio.*

Satisfa-

3 *Satisfactio ad fundamentum alterius opinionis.*
4 *Appellatio remouetur in pluribus casibus a iure, in quibus condemnatus non potest vti alijs remedijs.*
5 *Defensio semper est de iure naturali.*
6 *Intellectus multorum iurium.*
7 *Legatus a latere, non potest concedere rescriptum, cum clausula appellatione remota.*

QVÆSTIO XXXI.

AN PRINCEPS POSSIT CONCEDERE rescriptum, cùm clausula appellatione remota.

1 PARTEM negatiuam defendũt nonnulli Doctores relati à Couarr. in practicis quæst. cap. 23. & alij relati à Pinelo in rubrica. C. de rescindẽda venditione. 1. par. c. 2. nu. 21. Quorum potissimum fundamentum est, quòd appellatio est defensio, vt in c. cùm Episcopali. §. porro. & in c. sugestum, de appellatio. Sed defensio est de iure naturali. l. vt vim. ff. de iustitia, & iure: ergo per Principem tolli non potest. Et confirmatur namque naturalia sunt, tolli non possunt. §. sed naturalia, institu. de iure naturali. igitur per Principem non potest tolli appellatio: argumento tex. in clementina pastoralis. §. cæterum, de re iudicata.

2 Sed contraria sententia verior, & receptior est, quam defendunt Bart. in l. omnes populi, nu. 27. ff. de iustitia, & iure Fely. in ca. 1. de rescriptis, nu. 1. & ibi Bero. nu. 15. Panor. & Dec. 10. Franc. 24. in rubrica extra de appella. Couarr. in pract. quæst. c. 23. nu. 6. Pi-

6. Pinelus in rubrica. C. de rescindenda vendi. 1. parte. c. 2. nu. 21. Pro qua sententia facit tex. in c. 1. de rescriptis. & in c. pastoralis, de appell. cap. supra quæst. §. si vero, & in c. pastoralis, de officio delegati. c. fi. §. sunt etiam. 2. quæst. 6. & in l. 1. §. fin. ff. quibus appellare licèt. Ex quibus omnibus facilè colligitur Principem posse concedere rescriptum cùm dicta clausula appellatione remota. Nec obstat fundamẽtum
3 superioris opinionis, cui aliter respondet. Panor. in c. 1. nu. 2. de rescriptis: quem sequitur Dueñas regula. 43. Aliter respondet. Bal. in l. 2. §. si hi pro quo, & ibi Iason. nu. 7. ff. quòd quisq; iuris. Quem sequũtur multi Doctores relati à Pinelo vbi supra. nu. 22. & sequũtur etiam vltra Doct. ab eo citati Ang. & Aret. in l. 1. notabili fin. ff. de appellatio. Ripa in c. 1. col. 3. de rescriptis. Parisius in c. cùm inter, de exceptionibus, nu. 14. Mantua. li. 5. dialogorum dialogo 98. super clementina pastoralis, de re iudicata. Aliter etiã respondet Lancelotus in tractatu de attentatis. Quibus omnibus rationibus prætermissis, respondeo: q; per clausulam appellatione remota non tollitur defensio, taliter quòd condemnatus aliter defendi nõ potest. Si quidem sublata appellatione potest à sententia supplicare, vt in l. vnica. C. de sententijs præfectorum prætorio. Et potest recurrere ad superiorẽ, per viam querelæ, vt in c. 1. de officio delegati. glos. in c. querelam, de procuratoribus. Et potest intentare restitutionem in integrum, vt cùm communi resoluit.

soluit. Couarru. in d. c. 3. practicarum quæst. nu. 7. & ad hoc potest videri, quę dixi in quæst. 27. supra in hoc libro. Potestq; vti etiam alijs remedijs, vt cùm communi sentit Pinelus. d. nu. 22. Quinimo nõ obstante clausula appellatione remota, potest pars appellare à sentẽtia: & appellatio operabitur effectum deuolutiuum, & non suspẽsiuum: vt probatur in ca. pastoralis. §. præterea. de officio ordinarij. & in c. pastoralis, de appellation. & ibi Panor. nu. 3. Imola. 6. Frãcus. 7. Maranta. 6. parte actu 2. de appellatio. nu. 16. Cum sit necessaria iusta causa ad concedendam commissionem cùm clausula appellatione remota; vt docent relati à Couarru. vbi supra, nu. 6.

4 Sed obstare videtur, quòd à iure remouetur appellatio in pluribus casibus, in quibus nõ potest vti cõdemnatus alijs remedijs. Vt in casu. c. 3. & c. cùm sit Romana. §. fin. & in ca. consuluit, de appellationi. & in l. 2. C. quorum appellationes, & in l. vnica. C. ne liceat tertio prouocare, & in clementina. 1. de re iudicata. Quia respondeo quod propter publicam vtilitatem, quia est maius bonum publicum quam bonum priuatum defensionis, potest lex, vel Princeps appellationem tollere. Nã sicuti è duobus malis minus est eligendum, vt in c. duo mala. 13. distinct. & in c. licèt. §. illa de regularibus, sic è duobus bonis, debet eligi illud quòd maius est, vt docet Angelus in l. si sic. ff. de legat. 1. Aluericus in l. omnes qui, col. 1. C. de Episcopis, & clericis. Alexan. in l. cùm mulier,

col. 2.

colu. 2. ff. soluto matrimonio Dec. in rubrica de appel. extra, num. 10. Dominicus de Soto, lib. 5. de iustitia, & iure quęst. 6. art. 3. quamuis contrarium firmet glos. fin. in extrauaganti rem non nouam de dolo, & contumacia. & plures relati à Beroio. in rubrica extra de appella. nu. 14. & alij relati etiam à Felyno, in c. ex par. nu. 5. de officio delegati: & alij quoque relati à Couarr. vbi supra.

5 Neque obstat tex. in clementina pastoralis. §. cæterum, de re iudicata, cùm alijs iuribus: quia respondeo quòd defensio est de iure naturali non semper, & ubique, sed tantũ iusta, & rationabilis, qualis fuit in d. §. cæterum, & docet Couarru. nu. 6. & ideo non potuit tolli per Principem. Quo fit, vt si notoriè constat nullam competere reo defensionẽ, potest à Principe talis appellatio tolli: vt docet glos. verbo absenti: per tex. ibi in c. cùm olim, de re iudicata sequuntur Panor. nu. 19. Fely. 11. & communis ibi, Vantius de nullitatibus tit. de nullitate ex defectu citationis. nu. 20. Panor. in c. 1. de causa possessionis, & propr. num. 4. & in c accepta, de restitutione spoliatorum. Dec. in c. cùm sit Romana, nu. 32. de appella. Cassadorus decis. 2. de re iudicata, num. 3. Et ita debet in-
6 telligi tex. in c. cùm olim, & in d. c. cùm sit Romana. §. fin. de appella. & in c. bonæ. §. porro. de electione, & in c. quoniam, de filijs presbyterorum, & in l. 2. §. quod de frumẽtaria. ff. de administratione reorum, & facit tex. in l. qui post inuitis. ff. de regulis iuris. Et

licèt

licèt Princeps possit causas committere, cum clausula appellatione remota, vt resolutum est; tamen nullus inferior etiam legatus à latere, non potest apponere clausulam illam, vt docet glos. magna in fin. in c. quòd transactionem, de officio delegati, quem sequuntur Doct. vt docet Franc. nu. 23. Silua de beneficijs. 2. par. quæst. 3. nu. 16. Boer. de potestate legati. nu. 46. Gambara, lib. 8. de officio legati. nu. 32.

SVMMARIVM.

1 *PER appellationem non extingui sententiam, sed suspendi defendunt plures Doctores.*
2 *Extinguitur sententia per appellationem.*
3 *Iure ciuile per appellationem sententiam extingui, iure canonico suspendi defendunt plures Doct. quorum sententia conuincitur.*
4 *Componunt superiorem quæstionem, plures Doctores.*
5 *Sententia per appellationem extinguitur, non solum attento præsenti statu, sed etiam inspecto futuro euentu.*
6 *Vrget difficultas tex. in l. Chirographis. §. ab eo. ff. de administratione tutorum.*
7 *Damnatus pendente appellatione, de bonis suis testari potest.*
8 *Intellectus varij ad l. Chirographis. §. ab eo. ff. de administratione tutorum.*
9 *Verus intellectus ad superiorem. §. ab eo.*
10 ***Iudex si non recipit appellationem, debet causam, & opinionem suam in scriptis edere appellanti; vt Principi ostendatur.***

QVÆSTIO XXXII.

AN PER APPELLATIONEM INTERpositam, extinguatur sententia.

1 IN præsenti quæst. negatiuam partem videlicèt, per appellationem non extingui sententiam, sed suspendi, defendunt glos. in l. tale pactum verbo sequitur.

quitur.ff.de pactis glo.in c.ad reprimendum, verbo conquæstus de officio ordinarij Panor.nu.4.Decius 10. Vero.35. Mant.12. in rubrica de appella. Dueñas regu.42.& alij relati à Meno. de arbitrarijs centuria. 1. casu.95.nu.8.Pro qua opinione facit text.in c.venientes, ibi *licet non sit appellatione suspensa*, & in c.cum inter ibi *cum nulla*, de re iudicata.& in l.fin.§. fin.C.de fide instrumentorum.& in l.si causa cognita.C. de transactionibus.l.præcipimus.§. hæc si appellatio.& tex.in l.eo casu.C.de appella.
2 Sed contraria sententia receptior, & verior est, quam defendit glo.verbo accepit in l.1.ff.de re iudicata.glo.in verbo extinguitur in l.1.§.fin.ff.ad turpinianum glo.in l.sciendum.§.si fundum.ff.qui satisdare cogantur.& receptã sententiam testantur Paulus de Castro,nu.5.Orosius,nu.26.in l.tale pactum. §.qui prouocauit.ff.de pactis. Pro qua sententia faciunt tex.in l.1.§.fin. ibi *extinguitur pronunciatum*. ff. ad Senatusconsultum turpinianum text. in l.qui cũ maior.§.accusare.ff.de bonis libertorum. text. in l.1. ibi *intiger enim status*. ff. nihil nouari appellatione pen. & tex.in l.2.§.fin.ibi *cæterum si prouocet*.ff.de penis. Sed hanc quæstionem pleriq; ita componunt,
3 vt distinguendum sit, ius ciuile à iure canonico, & quòd iure ciuili appellatione extinguatur sentẽtia, dicta l.1. §.fin.ff.ad Turpinia.iure autem Pontificio suspendatur; iuxta tex.in d.c. 1. de re iudicata cùm alijs. Sed cõuincitur hæc interpretatio, quia iure ciuili

uili appellatione etiam ſuſpenditur ſententia.l.fin. C. ſententiam reſcindi non poſſe.l ſi quis iuſiurandum,& in l.generaliter.C.de rebus creditis, & in l.
4 cauſa cognita ibi ſuſpenſa.C.de trãſactionibus.Vnde alij Doct.aliter componunt, nempe iura probantia extingui per appellationem ſententiam, procedere reſpectu præſentis ſtatus, & iura probantia ſuſpendi,intelligi reſpectu futuri temporis. Quam cõcordiam dicunt communem,& receptã Panor. nu. 4.Dec.6.Beroius.40. in rubrica,de appellationibus. Bal.in rubrica. C. de appellatio. nu.2. Afflict. deciſ. Neapoli.188.Couarr. in practicis quæſtio. c.23. nu. 1.Oroſius in l.tale pactum. §.qui prouocabit,nu.66. ff.de pactis. Rebuff. in commentario ad leges regias gallicas tit.de ſentẽtijs executorijs, nu.10. Meneſius in l.ſi cauſa cognita.nu.1.cùm ſequentibus.C.de trãſactionibus.Pereira in l.ſi curatorem habẽs. C. de in integrum reſtitutione minorũ.verbo per quod priſtinum ius,nu.35.
5 Sed hæc concordia difficilis eſt, quia verius videtur non ſolum attento præſenti ſtatu, ſed etiam inſpecto futuro euentu, ſententiam extingui, per appellationem. Quia licèt iudex ad quem confirmet ſententiam iudicis à quo prima ſententia non aſſumit vires, ſed ſecunda eſt, quæ producit effectum. l. furti.in principio ibi *hodie notari puto*. ff.de his qui notantur infamia;& actio nõ naſcitur ex prima ſententia,ſed ex ſecunda; vt argumento text.in d.l.furti.de-

ti. defendit glo.verbo hodie ſi malis, & in l.Chirographis.§.fin.verbo oblatus eſt.ff.de adminiſtratione tutorum.& in l.ſi quis uerſ.ſed teneri. ff. ad Trebell.& in l.eos uerbo vel in iuſtitiam in fin.C.de appella. Sequitur communis,quam reſoluit Alex. in l. 1.nu.5.ff.de re iudicata,& conſ.111.in fin.Et ſecundus iudex eſt, qui ſententiam exequitur, authent. ſi quis litigantium.C.de Epiſcopali audientia.l. præcipimus.§. in his. C.de appellatio. retenta igitur opinione ſupra propoſita,dicendum eſt, ſententiã non ſuſpendi, attento futuro euentu confirmationis faciendæ per iudicem ad quem, quia licèt confirmetur non aſſumit vires, ſed ſecunda habet effectum, vt ſupra dictũ eſt,quidquid alij cõtrouertant. Suſpẽditur tamen eo tamen reſpectu,quia ſi appellans nõ proſequatur appellationem,tempore ſtatuto,fingitur nunquam appellaſſe, & ſententia poterit executioni mãdari per iudicem à quo.l.fin.§.illud etiam. C.de temporibus appella.clement. ſicut eodem tit. docet glo.in l.eos.C.de appella.& in l.2. verbo executione. C.de temporibus appella.reſoluit. Alexan.
6 conſ.36.num.3. lib.4.Ex quibus primò deducitur, difficilem eſſe text.in l.Chirographis. §.ab eo. ff. de adminiſtratione tutorum, dũ probat reuocari alienationem pendente appellatione factam, ab eo qui bonis ademptis relegatus eſt. Mouet dubitationem,quòd cum per appellationem extinguatur ſententia, attento præſenti ſtatu, alienatio interim fa-

cta non debebat reuocari. Nec satisfacit qui dicit in specie illius tex. sententiam cōfirmatam fuisse: quia cùm prior sententia per confirmationem non assumat vires, sed secunda sortiatur effectum, alienatio ante secundam sententiam factam non debuit reuocari. Auget difficultatem text. in l. quia lationibus. §. fin. ff. de testamentis, dum probat damnatum pendente appellatione, de bonis suis testari posse. In qua difficultate glos. inter famosos, & verbo hodie in d. l. furti existimat venditionem in specie illius tex. non reuocari actione in factum descendēte, de quo in l. vnica. ff. nihil nouari in l. de appell. C. de appella. in c. non solum, de appella. li. 6. adde Socinum in regula 41. & 42. Dueñam regula. 42. Corcetum singulari incipienti appella. Quam interpretationē sequitur. Bart. in l. post contractum, nu. 15. ff. de donationibus idem Bart. & Aluericus in d. l. Chirographis. §. fin. vbi Cumanus. receptam testatur. Verum substineri non potest, & conuincitur, quia edictum prætoris, quod iubet nihil nouari appellatione pendente, solum habet locum quoties iudex à quo post tam appellationē in causa procedit, non uero quando pars condemnata, disponit de bonis suis, vt constat ex toto titulo nihil nouari appellatione pendēte. Secundo conuincitur, quia si ex illo edicto reuocaretur alienatio, sine dubio reuocanda esset, non expectata secunda sententia confirmatiua, & tamen ante eam non fit reuocatio in specie illius tex.

vt con-

vt constat ex illis verbis ibi *appellatione iniusta pronunciata ei fundus sublatus est.*

8 Vnde Fulgosius in d.l.furti,num. 2. Cumanus,& alij in d.l.Chirographis.§.fin. quos sequuntur Imola in l.post contractum,num.4.ff.de donatio. & ibi Corratius,nu.28.respondent in d.§. fin. ad eo reuocari alienationem, quia præsumitur facta in fraudē fisci, cum post latam sententiam condemnatoriam facta fuerit,argumento tex. in l.qui pęnæ.ff. de manumissionibus.in l.post contractum. ff. de donatio. Quæ interpretatio difficilis est, & conuincitur ex sequentibus.Primò quia licèt sententia iusta pręsumatur in l.Herenius. ff.de euictionibus.l.1.§.solet.ff.de hęreditate vel actione vendita: quibus adde Albericum de præsumptionibus regula.3.præsumptione.9.nu.2.Gabrielem,lib.4.conclusionum tit. de sentētijs conclu.6. in fin. Menochius.lib.2.præsumptionum præsum.67.nu.22. Et ideo reuocatur alienatio,facta in fraudem eius sententiæ, tamen si appellatio interposita fuerit,cessabit illa pręsumptio,iuxta gl.receptam in c. dilecti filijs verbo magis quam de nunciationi. de appellationibus.quam sequūtur, & receptam testantur plures relati à Gabriele, vbi supra conclus.4.nu.31.Menoch.d.lib.2.pręsumptione 67.nu.36.& ita cessante ea præsumptione,cessare quoque debet facultas reuocandi: quòd in specie text.in d. l. post contractum defendit communis, quam resoluit Corra. num.28. Secundo,quia ad re-

uocandam alienationem inter viuos factam, requiritur vtriusque contrahentis dolus.l.qui autē.§.cùm illud.ff.quæ in fraudem creditorum, & tamen in d. §.ab eo non constat de dolo, vel fraude emptoris: ergo reuocatio non fit ex ea causa. Vnde ego existimo
9 in d.§.ab eo alienationem reuocari, quia condemnatus tempore venditionis non erat fundi dominus. Ad cuius rei explicationem obseruādum est, quòd licèt vnicuiq; licitum sit appellare.c.omnis oppressus.2.qō.6.l.& in maioribus.C.de appellatio. Tamē pluribus casibus appellatio non est admittēda, quos refert Socin.regula.24. & est videndus text.in foro, de sententia, de appella. cùm sequentibus, lib.7 fororum huius regni Val.vide etiam quæ dixi in superiori
10 riori qō.nu.4. Quibus casibus opinionem suam, & causam, cur non receperit appellationem, iudex litigatori contendenti edere debet, vt principi ostendatur.l.sciendum.ff.de appellationibus recipiendis. interim autem nihil nouare poterit.d.l.sciendum.l. 1.ff.nihil nouari appellatione pendente.l. conditiones.ff.de appellationi. Interdum tamen permittitur iudici sententiam exequi; si propter publicam vtilitatem causa requirat celerem executionem: & executione iam facta, Principi scribendum est, l. si quis filio ex hæreditati.§.hi autem.ff.de iniusto: quo casu si Princeps appellationem admittat, habebit effectum deuolutiuum, non tamen suspensiuum, vt ex mente communi obseruat Couarruuias in practicis
quæstio-

quæſtionibus,cap.24.nu.7. vt latè innui in ſuperiori quæſtione,& in hac ſpecie accipiendus eſt tex. in d.§.fin.vbi Iudex non recepit appellationẽ, ſed ſententiam executus fuit,& condemnatum bonis ſpoliauit;vt conſtat ex text. ibi bonis ademptis relegatus fuit,& Paulo inferius, ibi *obnoxius ſententiæ priori eſſet*:quo caſu appellatio a principe recepta, non impedit effectum ſententiæ,nec habet effectum ſuſpẽſiuum;ſed tantum deuolutiuum. Nam ſi appellatio iuſta pronuncietur,fingitur nunquam fuiſſe appellatum. Vnde cum ſententia non fuerit extincta per appellationẽ,in ſpecie illius tex.ſed executioni mandata,& cõdemnatus bonis ſpoliatus fuerit, (eorum dominio in fiſcum tranſlato) bona interim vendita,à nouo poſſeſſore meritò auferri poſſunt. A

SVMMARIVM.

1 *IVdex à quo,an poſſit reſtringere,& abreuiare terminum,à iure conceſſum,ad proſequendam appellationem.*
2 *Alimentorum fauore,terminus iuris reſtringi poteſt.*
3 *Terminus iuris,ſuppletur aliquando a iure,ſi a iudice reſtringatur.*
4 *Beneficium indultum a iure,non eſt alicui auferendum.*
5 *Iudex non poteſt aſſignarè terminum, ad cauſam finiendam.*
6 *Abreuiare,& reſtringere tempus, ad proſequendam appellationẽ poteſt iudex.*
7 *Ratio cur iudex poteſt reſtringere tempus appellationis.*
8 *Iudex qui detulit appellationi non videtur a ſe abdicare iuriſdictionem,iuxta reſtrinctionem termini appellationis.*
9 *Intellectus ad l.2.ff.de re iudicata.*
10 *Intellectus ad l.ſi ſe non obtulit.§.ſi quis condemnatum.ff. de re iudicata.*
11 *Reſtringitur aliquando terminus iuris,ad cõpenſandã malitiã alicuius.*
12 *Ad petitionem debitoris non poteſt prorogari terminus decem dierũ,*

qui datur iure regio reo obligato, virtute carrecamenti censualis, ad opponendas legitimas exceptiones.

13 *Declaratio optima ad regulam indultum. de regulis iuris, lib. 6.*

14 *Terminus datus a lege ex iusta causa minui potest.*

15 *Iudex a quo non potest terminum assignare parti, ad causam finiēdam.*

QVÆSTIO XXXIII.

AN IVDEX POSSIT RESTRINGERE, seu abreuiare terminum, à iure concessum, ad prosequendam appellationem.

1 PRO parte negatiua faciunt sequentia argumēta, quorum primum est. Nam aut iudex à quo appellatum fuit, detulit appellationi, aut nō, primo casu eo ipso videtur à se abdicare iurisdictionem, ex tex. in c. non solum, de appella. lib. 6. & per consequens non poterit terminum appellanti assignare.
2 Secundo casu quando nō detulit appellationi, similiter non poterit terminū restringere: quia non potest iudex præfinire terminum appellationis a se nō admissæ: argumento tex. in cap. cum olim, de sensibus, & regulari. lib. 6. Igitur non potest restringere terminum ad prosequendam appellationem. Secundo facit, nā solúmodo terminus iuris potest restringi, fauore alimentorum, vel restitutionis minorum, vt probatur in l. 2. vers. sed per raro. ff. de re iudicata: ergo ex alia causa minui non potest. Tertio facit,
3 nam si iudex minuat terminum datum a iure, suppletur ab eodem iure terminus ille: ita vt pars possit gaudere eodem termino iuris, vt probatur in l. si se

non

non obtulit.§.si quis eodem natus.ff.de re iudicata: ergo,&c.
4 Quarto facit,nam beneficium à iure indultum,non est alicui auferendum, vt in regula indultum,de regulis iuris lib.6.& in l.1.vers.nec enim.ff. de ferijs.& in l.adulter.C.ad l.Iuliam, de adulterijs: sed à iure indulgetur annus appellanti:ergo auferri,
5 aut minui per iudicem non debet. Vltimo facit,iudicem non posse assignare terminum ad causam finiendam,vt in c.ex insinuatione,de appell.ergo neque ad causam prosequendam.
6 Sed his non obstantibus argumentis, contraria sententia longè uerior est,quam defendunt Bart. in l.Præses.C.de appella.Panor.& Dec.in c. cum sit Romana. de appella.Cardin.in clemen.1.quæst.22.de appella. Speculator eodem tit.§. nouissimè vers.15. & 16.Maranta.de in ordine iudiciorū. 6.par.2. actu principali,nu.194.Pro qua sententia facit tex. in authen.ei cui.C.de temporibus appellationum tex. in c.personas.& in c.cùm sit Romana,de appella. cum alijs,ex quibus planè constat, iudicem posse præfingere terminum ad prosequendam appellationem, & si appellans non prosequatur appellationem, intra terminum a iudice statutum, per lapsum illius
7 termini, appellatio remanet deserta. Et ratio est, quia terminus hominis subrogatur loco termini iuris,vt docet Igneus in l. qui cum.§.iniuriarū. ff.quis cautionibus.Abbas,nu.4.Dec.6.Francus in d.c.personas.Prepositus.37.Dec.4.& 12.in c.ex ratione, de

appella. Sed lapſo termino iuris cauſatur decertio, vt in d.c.perſonas.& d.c. Romana, de appellationibus. ergo etiam lapſo termino hominis, ſeu iudicis. Ex qua ratione infertur, non poſſe defendi ſententiam antiquorum, quam refert Innocentius in d.c. perſonas qui dicebant neceſſarium eſſe lapſum termini iuris, vt fieret ſententia deſerta, nec ſufficere lapſum termini hominis. Contra quos facit tex. in d.c.perſonas.ibi *ex tunc iudicio tuo*, quæ verba referũtur ad terminum hominis,& ibi *ſententiæ tuæ parere*.

8 Neque obſtant argumenta ſupra pro prima opinione propoſita, non primum, quia licèt iudex qui detulit appellationi videatur a ſe abdicare iuriſdictionem, illud tamen non procedit, in his quæ tendunt ad faciliorem expeditionem cauſæ appellationis. Vnde cum reſtrinctio termini, cõcernat faciliorem exitum appellationis, quo ad reſtrinctionẽ illã, non videtur a ſe abdicare iuriſdictionem, ut reſoluunt. Panor. notabili. 1. Præpoſitus nu. 9. Dec. 2. dicẽtes communem opinionem in c.cum teneamur, de appellatio. Octauianus Veſtrius de ſtilo curię, lib. 8. & 3. nu. 4. Couar. in practicis quęſtionibus. c. 25. nu.

9 1. & ita defendit Octauianus in d.c. perſonas. Neq; obſtat ſecundum argu. quia Bar. & communis intelligit tex. illum. d.l.2. ff. de re iudicata in prima parte loqui de iudice ordinario, qui tulit ſententiam, qui poteſt mutare terminum: in ſecunda autem parte in verſ. ſed per raro, loqui de iudice executore, qui

non

non potest mutare terminum sententię. Sed hic intellectus reijcitur ex eodem vers. sed per raro, põderando verbum constituantur, quòd refertur, ad ordinarium iudicem, argumẽto. l. 2. ff. de ferijs. Vnde verior intellectus est, qui in prima parte illius text. probatur nempè iudicem non semper obseruare tẽpus, quod datur condemnatis, quia interdũ prorogat interdum restringit, ex iusta causa, & in vers. sed per raro probat, quòd raro infra tempus constitutũ a iure, idest ante lapsum termini dati condemnatis mandatur executioni sententia. Veluti in causa alimentorum, & in restitutione minorum: idest, vbi lata est sententia in fauorem minoris, mediante restitutione per actionem rescisoriam. Et ratio ob quã fit executio ante tempus datũ à iure in his casibus, est, quia subest iusta causa ad restringẽdũ tempus iudicati. Nam si dilatio legis esset expectanda, interim alimentarius fame periret, docet Bar. nu. 5. in d. l. 2. vnde improbatur glo. vbi verbo constituantur, dum intelligit tex. illum solũ quando pupillus petit alimẽta a tutore, quia verius est procedere in omnibus alijs, quibus alimenta prẹstanda sunt. Etenim generalitas decisionis, & ratio supra adducta militant in omnibus. Et in secundo exemplo, de restitutione minoris, potest ratio esse, quare non expectetur terminus legis, quia est terminus datus condemnatis miserationis causa. Cæterũ quando litigat minor, nõ consideratur ea ratio, in persona condẽnati,

quia

quia maior ratio miserationis militat, qui à iure re-
putatur persona miserabilis, vt toto titu. C. quando
imperator, inter pupillum, & viduam. Et ideo nihil
mirum, si fauore pupilli restringatur tempus iudica
ti, quod datur a iure condemnatis, maximè cum mi
nor esset lęsus, & ageret de damno uitando.
10 Neque obstat. 3. quia gl. verbo coarctat in l. 2. ff.
de re iudicata respondet, quòd ideò nõ ualet restrin
ctio termini, in d. l. si se non obtulit. §. si quis condẽ
natus, quia sine causa iudex abreuiauit terminũ, se-
cùs autẽ esset si illud prorogasset. Quasi dicat, quod
in prorogatione, non est necessari acausa. Sed verius
est, quod etiam in prorogatione termini, requira-
tur iusta causa: vt docet Panor. nu. 19. Fely. 8. in cap.
adec. de appella. & Ripa, nu. 11. per tex. in d. l. 2. Boe
rius decis. 244. num. 6. & 11. Cosmus in pragmatica
sanctio. tit. de auct. generalis Concilij, c. frequens. §.
Sed forte. fol. 57. Vnde veriùs respondeo, quod in-
11 terdum terminus datur in fauorem illorum quibus
conceditur: vt terminus quatuor mẽsium, quod da-
tur condemnatis, in d. §. si quis condemnatus, & in
d. cap. quo ad consultationem, & terminus, de quo
in authent. offeratur. C. de litis contestatione, & in l.
2. & 3. ff. de iure deliberãdi, & in alijs exemplis. Pa-
nor. in d. c. cum sit Romana, nu. 10. Bero. 61. ibidem.
Scribentes in d. l. 2. Interdum datur in odiũ, ad com
pensandam malitiam alicuius, vt in d. c. cum sit Rò-
mana, de appella. & in d. c. pastoralis, de exceptioni-
bus:

bus:licet nulla sit differẽtia inter coarctationem, & prorogationem, quo ad iustã causam, quia in uno, & alio casu requiritur: tamen quo ad expressionem iustæ causæ est magna differentia, nam si concedatur terminus in fauorem alicuius, est nullius momẽti coarctatio,& restrinctio termini, causa nõ expressa,quia hoc casu non pręsumitur iusta causa. Cæterum si eundem terminum datum in fauorem, proroget iudex, sine expressione iustæ causæ, valet mero iure prorogatio:quia tũc causa præsumitur in illa prorogatione,quia fit secundum intentionem legis. Et ideo in d.§.si quis condemnatus,in fauorem condemnati non potuit restringi, iusta causa non expressa, & valet mero iure prorogatio sine causæ expressione,in eisdem terminis,vt ibi probatur.Sed vbi terminus datur ad compensandã malitiam alicuius,valet coarctatio,aut restrinctio,causa non expressa, quia pręsumitur iusta, siquidẽ coarctatio fit secundũ legis intentionem. Sed prorogatio in eisdẽ terminis non ualet,si nõ sit expressa causa: & ita procedit tex.in c.oblata vers.licet, de appell.iũcta.l.fin. C.de temporibus appellationum,& ita intelligi debent;licet aliter interpretetur. Dec.in d.c.cũ sit Romana.nu.19.Castrens.in d.l.2. & Doct.in d.l.fin. Et in casibus in quibus męro iure valet prorogatio, vel coarctatio sine causæ expressione,si iudex simpliciter coarctet,vel proroget terminum,& pars aduersa appellet, & doceat nullam causam subesse reuoca-

buntur

buntur prorogatio,& restrictio, quamuis mero iure valebant,docet glo.penul.in fin.in c.1. de dilationibus;sicut reuocarentur in casibus in quibus requiritur causæ expressio, docet Bar. communiter receptus in d.l.2. vt testatur Ias. nu.33. Ripa ibid. 286. Et quæ dicatur causa iusta,ad supra dictum effectũ, declarant.Bart.& Ripa,nu.26.in d.l.2. Menoch.lib. 2.de arbitrariis casu.1.nu.9.

12 Ex quibus infero,quòd cum iure regio terminus qui datur condemnatis, ex instrumento carrecamẽti censualis sit decem dierum,ad opponendas legitimas exceptiones,vt est text. in foro reuocant, tit de iure emphy.lib.4. fororum huius regni Val.ad petitionem debitoris terminus ille prorogari non potest cùm sit restrictus fauore creditoris ad tẽpus illud.Cæterum si terminum illum decem dierũ, creditor prorogare voluerit, ad petitionẽ illius, iudex id optimè facere potest,cùm sit in illius fauorem introductum,quod est notandum.

13 Non obstat.4.argu.cui respondet glos. verbo recisius.in cap.cùm sit Romana. Panor.ibid.num.10. Alex.in l.2.ff.de re iudicata,nu.5.& ibid. Ias.nu.22. & Ripa. 14. quibus prætermissis, regula indultum interpretatur,quòd quando dilatio a iure conceditur cum ministerio iudicis, potest terminus breuiari:secus verò si detur sine eius ministerio: Ita respõdet Castr. in d.l.2. de re iudicata, Ripa ibid. nu.16. Berq. in d.c.cum sit Romana. Sed hæc solutio non

tollit

tollit difficultatem, quia in d.c. cum sit Romana,& isi d.c.quo ad consultationem, de re iudicata: datur terminus sine ministerio iudicis, & tamen restringitur ab eodem iudice. Quare verius est regulam indultum non prohibere minui dilationem datam à iure, quia solum prohibet tolli in totum. Vnde ex
14 iusta causa potest minui tempus datũ a lege, vt inquit glo.in d.c.cum sit Romana verbo rescisius, quã sequuntur Imola Panor.& Francus, num. 10. Fely.& Dec. 23. Bero. 61. in d.c.cum sit Romana.glos. in authent. de exhibẽdis reis. §. sancimus verbo, hoc est, & in authentico de litigiosis. §. communem verbo cautione in fin. Bar. in d.l.2.ff.de re iudicata Alex.& Vincentius.nu.27.Ripa.26. ibidem Capella tolosana,& ibi Aufrerius decis. 197. Menoch. de arbitrar. lib.2.casu.1.nu.9. Pro qua sententia facit, text.in d. c.cum sit Romana,& in d.c. quo ad consultationẽ. & in d.l.2.ff.de re iudicata,& ita procedit text. in c. pastoralis, de exceptionibus, quatenus probat iudicem posse parti assignare terminum, ad opponẽdas exceptiones dilatorias, quamuis de iure possint opponi, vsque ad litis contestationem, vt probatur in c.inter monasterium, de re iudicata,& in l.fin.C. de exceptionibus,& in l.ita demum. C. de procuratoribus, vt latè docui supra in qõ.23. Potestq; etiã superiori dicto argumento assignari alia solutio, videlicet, quod quando iudex auctoritate legis restringit terminum, vt in c.cũ sit Romana. tunc non procedit

cedit regula indultum, vt argumento text.in c.innotuit, de electione, docet glos. in d. regula indultum.recepta per Cumanum, nume.4. in d.l.2.ff. de re iudicata.

15 Neque obstat vltimum argumentum, quia respõdeo verum esse iudicem, à quo non posse terminum assignare parti ad causam finiendam: ne videatur legem imponere superiori, vt probatur in cap. ex insinuatione, de appellatio. vbi notat Dec.nu.11. Et est ratio, quia terminus ad finiendam causam respicit sententiã, vt in l.1.ff de re iudicata, & si iudex a quo posset terminum parti assignare ad finiendam causam, imponeret ei terminum ad obtinendam sentẽtiam, & per consequens videretur legem imponere superiori. Quæ ratio cessat, vbi terminus assignatur appellanti, ad prosequendam appellationem. Cæterum si iudex a quo assignet terminum ad finiẽdam causam, valebit illa assignatio, ad effectum, vt teneatur prosequi appellationem illam, infra terminum illum: ex regula illa si non valet, vt ago, &c. de qua in c.1.§.1. de desponsatione impuberum.lib.6. Et facit tex.in c.à nobis, & in c. attestationes, eodem tit. Quæ regula procedit in nostro casu, quia terminus assignatus ad finiendam causam, comprehẽdit sub se terminum ad eam prosequendã, argumento text. in l.si tam angusti.ff.de seruitutibus iunctis, quæ tradit. Couarr.1.par. de sponsalibus.c.3.nu.2. & 3.

SVM-

SVMMARIVM.

1 ARripiendo iter pars appellans, an ex eo censeatur prosequi appellationem.
2 Adducitur tex. in c. cum causa, de sententia, & re iudicata.
3 Appellatio prosequitur per rescripti impetrationem.
4 Ad prosequendam appellationem, non sufficit parti appellanti, iter arripere.
5 Intellectus ad c. cum causa, de sententia, & re iudicata.
6 Intellectus ad c. ex parte, & ad c. dilectus, de rescriptis.

QVÆSTIO XXXIV.

AN QVANDO IVDEX ASSIGNAT TERMINVM parti appellanti, ad prosequendam appellationem, sufficiat tunc quòd pars in finę termini arripiat iter si iudex appellationis sit in alio territorio.

1 COMMVNIS est Doctorum opinio, quod in casu huius quæstionis sufficiat appellanti iter arripere; vt defendunt Panor. Præpositus, & Dec. in c. personas, de appella. idem Dec. in c.
2 cùm sit Romana. nu. 20. eodem tit. Pro qua opinione facit, tex. in c. cùm causa, de sententia, & re iudicata. vbi qui arripit iter dicitur ibi, appellationẽ prosequisse. Secundo facit text. in c. ex parte, & in c. dilectus, de rescriptis, dum probant appellationem dici prosequutam per rescripti impetrationem.
3
4 Sed contraria sententia longè verior est, videlicet non sufficere parti iter arripuisse: Sed necesse esse causam introducere, coram iudice appellationis, docet

docet Iohannes Andreas in additionibus ad Speculatorem tit.de appellationi.§.nunc breuiter. Imola in d.c.ex insinuatione.Beroius in d.c.cum sit Romana.num.13.pro hacque sententia facit tex.in l.2.ibi *causam induci præcipitans*. C.de temporibus appella. Dicitur autem causa introduci coram superiori,presentando appellationem coram eodem superiori, qui est iudex appellationis causæ, vel porrigendo libellum, vel supplicationem, ad informandum illum, vt appellatio addmittatur, vt in l.offerendis. C.de appellatione.

5 Non obstant iura supra pro prima opinione proposita,& in primis non obstat text. in c.cùm causa, de sententia,& re iudicata,quia tex.ille, non probat satis esse inter arripere, ad prosequendam appellationem,sed solum dicit, illum qui non arripit iter, non prosequi postea appellationem,ita Dec.vbi su-
6 pra.Neque obstant,tex.in c.ex parte,& tex.in c.dilectus, de rescriptis.dum probant appellationem dici prosequutam,per rescripti impetrationem.Quia respondeo, quod quando superior concedit rescriptum,iam causa est introducta, iuxta eaque docent Doctores relati,vbi supra,& sic non est mirũ si tunc dicatur causa introducta,& prosequuta.

SVMMARIVM.

1 *Appellanti conceditur annus,& impedito biennium,ad prosequendam appellationem.*

2 *Dies appellationis an computetur in termino anni.*

Tem-

3 *Tempus regulariter computatur, de momento ad momentum.*
4 *Dies appellationis, non computatur in termino anni.*
5 *Ob lapsum vnius diei est reguroſſum, vt quis excludatur a iure.*
6 *Tempus anni non incipit currere a die appellationis.*

QVÆSTIO XXXV.

AN DIES APPELLATIONIS, computetur in termino anni.

PRO huius quæſtionis explicatione aduerto, quòd appellanti conceditur annus, ad proſequendam appellationem: ſi uero fuerit impeditus conceduntur duo anni, vt in c. perſonas, de appellat. cum vulgatis iuribus: qui dici ſolent per Do-
1 ctores primum fatale, & ſecundum fatale. A quo tépore inciperet currere primum fatale, erat de iure cōmuni olim controuerſum. Sed hodie ex clemen. ſicut. de appell. in appellatione iudiciali currit à die quo interponitur appellatio, in extraiudiciali à die illati grauaminis, vt ibi latè Doct. & Tiraq. in tracta
2 tu, de ceſſante cauſa. 1. part. nu. 82. Cum igitur à die interpoſitæ appellationis currat primum fatale, vel primus annus: quòd quæritur eſt, an dies illa computetur in termino anni. Et partem affirmatiuam huius quæſtionis defendunt gl. in l. gallus verbo proximis. ff. de liberis, & poſthu. Panor. & alij in c. ſuper eo, el 2. de appella. Alex. in l. 1. ff. ſi quis cautionibus, nu. 13. & multi alij Doctores relati à Tiraquello vbi
3 ſupra, nu. 20. Pro qua opinione facit, tempus regu-

appellatio ab interlocutoria, nisi interlocutoria habeat vim diffinitiua.

QVÆSTIO XXXVI.

AN APPELLATIO AB INTERLOCVtoria sententia, sine specialis grauaminis expressione, sit valida.

1 IN præsenti quæstione defendunt negatiuam partim (hoc est non esse necessarium in appellatione ab interlocutoria, exprimere grauamen speciale) argumenta, quæ immediate sequuntur.
2 Quorum primum est. Quod appellatio vaga, & generalis in iure admittitur, vt in cap. consuluit, vers. si vero, & in cap. bone, de appellationibus. Sed in generali appellatione causa exprimi non potest:
3 ergo necessaria non est grauaminis expressio. Secundo pro hac opinione facit text. in l. 2. ff. de appellationibus recipiendis, vbi in appellatione interlocutoria videtur innuere non requiri causam,
4 nec grauamen exprimere. Tertio facit, quod valet appellatio interposita in absentia iudicis, vt in cap. 1. de alienatione iudicij mutandi causa facti. & in capit. suggestum, iuncta glos. de appellat. ergo grauaminis expressio non requiritur, cum eo absente frustra id fiat. Vltimo facit, quod a sententia interlocutoria non admitti solet in iure appellatio. l. 1. §. quæsitum. l. ante sententiam. ff. de appellatio. l. apertissimi. C. de iudicijs, text. in foro addens, tit. de appel-

appella.li.7.fororum huius regni Valentiæ: igitur si non admitti solet, nõ est cur causa exprimi debeat.

6 Sed his non obstantibus argumentis, contraria sententia verior, & receptior est: Quam defendunt Bart. in l. eius qui, colu. 1. ff. de appella. Geminianus in c. cordi nobis. de appella. lib. 6. Panor. & Dec. in c. cum Ecclesia, de appella. Cardinalis, & Alex. in c. cũ sit Romana. eodem tit. Pro qua sententia facit tex. in l. eos qui. C. de appella. & in c. ei qui. §. fin. 2. quęst. 6. & tex. in c. cum sit Romana. c. super eo c. 1. & 2. c. directè. c. cum causam in fin. c. dum speciali. §. porro. c. vt debitus, de appell. c. ex parte, de testibus, clemen.
7 appellanti. de appella. c. 1. eodem titu. lib. 6. Et ratio huius sententiæ est, quia iudici à quo est honor tribuendus, & ab eo auferri non potest processus, per appellationem interlocutoriam, nisi cum expressione iustæ causæ, & grauaminis illati. Quam rationem adducunt Dec. nu. 1. Præpositus 2. & Francus. 6. in c. vt debitus, de appellationibus. Ex qua ratione ab illis infertur appellandum esse a sententia, cum maxima reuerentia iudicis, & sine iniuria illius. vt in l. illud. ff. de appellatio. l. iudici. ff. de iniurijs gloss. in l. & in maioribus. C. de appella. Sed si pars cũ iniuria, & conuitio iudicis, interponat appellationem, punienda est pœna extraordinaria arbitrio iudicis, cum non inueniatur in iure pęna certa imposita, vt docet. Bart. in d. l. illud. Et punitio potest fieri a iudice à quo, vt ibidem docent Angelus, & Imola siqui-

buntur prorogatio,& restrictio, quamuis merò iure valebant,docet glo.penul.in fin.in c.1. de dilationibus;sicut reuocarentur in casibus in quibus requiritur causæ expressio, docet Bar. communiter receptus in d.l.2. vt testatur Ias. nu.33. Ripa ibid. 286. Et quæ dicatur causa iusta,ad supra dictum effectũ, declarant.Bart.& Ripa,nu.26.in d.l.2. Menoch.lib. 2.de arbitrariis casu.1.nu.9.

12 Ex quibus infero,quòd cum iure regio terminus qui datur condemnatis, ex instrumento carrecamẽti censualis sit decem dierum,ad opponendas legitimas exceptiones,vt est text. in foro reuocant, tit.de iure emphy.lib.4. fororum huius regni Val.ad petitionem debitoris terminus ille prorogari non potest cùm sit restrictus fauore creditoris ad tẽpus illud.Cæterum si terminum illum decem dierũ, creditor prorogare voluerit, ad petitionẽ illius, iudex id optimè facere potest,cùm sit in illius fauorem introductum,quod est notandum.

13 Non obstat.4.argu.cui respondet glos. verbo recisius.in cap.cùm sit Romana. Panor.ibid.num.10. Alex.in l.2.ff.de re iudicata,nu.5.& ibid. Ias.nu.22. & Ripa. 14. quibus prætermissis, regula indultum interpretatur,quòd quando dilatio a iure conceditur cum ministerio iudicis, potest terminus breuiari:secus verò si detur sine eius ministerio: Ita respõdet Castr. in d.l.2. de re iudicata, Ripa ibid. nu.16. Berq. in d.c.cum sit Romana. Sed hæc solutio non

tollit

tollit difficultatem, quia in d.c. cum sit Romana,& isi d.c. quo ad consultationem, de re iudicata: datur terminus sine ministerio iudicis,& tamen restringi tur ab eodem iudice. Quare verius est regulam indultum non prohibere minui dilationem datam à iure, quia solum prohibet tolli in totum. Vnde ex
14 iusta causa potest minui tempus datũ a lege, vt inquit glo. in d.c. cum sit Romana verbo rescisius, quã sequuntur Imola Panor.& Francus, num. 10. Fely.& Dec. 23. Bero. 61. in d.c. cum sit Romana. gloss. in authent. de exhibẽdis reis. §. sancimus verbo, hoc est, & in authentico de litigiosis. §. communem verbo cautione in fin. Bar. in d.l.2. ff. de re iudicata Alex.& Vincentius. nu. 27. Ripa. 26. ibidem Capella tolosana,& ibi Aufrerius decis. 197. Menoch. de arbitrar. lib. 2. casu. 1. nu. 9. Pro qua sententia facit, text. in d. c. cum sit Romana,& in d.c. quo ad consultationẽ. & in d.l.2. ff. de re iudicata,& ita procedit text. in c. pastoralis, de exceptionibus, quatenus probat iudicem posse parti assignare terminum, ad opponẽdas exceptiones dilatorias, quamuis de iure possint opponi, vsque ad litis contestationem; vt probatur in c. inter monasterium, de re iudicata,& in l. fin. C. de exceptionibus,& in l. ita demum. C. de procuratoribus, vt latè docui supra in qõ. 23. Potestq; etiã superiori dicto argumento assignari alia solutio, videlicet, quod quando iudex auctoritate legis restringit terminum, vt in c. cũ sit Romana. tunc non procedit

cedit regula indultum, vt argumento text.in c.innotuit, de electione, docet glos. in d. regula indultum.recepta per Cumanum, nume.4. in d.l.2.ff. de re iudicata.

15 Neque obstat vltimum argumentum, quia respō deo verum esse iudicem, à quo non posse terminum assignare parti ad causam finiendam: ne videatur legem imponere superiori, vt probatur in cap. ex insinuatione, de appellatio. vbi notat Dec.nu.11. Et est ratio, quia terminus ad finiendam causam respicit sententiā, vt in l.1.ff de re iudicata, & si iudex a quo posset terminum parti assignare ad finiendam causam, imponeret ei terminum ad obtinendam sententiam, & per consequens videretur legem imponere superiori. Quæ ratio cessat, vbi terminus assignatur appellanti, ad prosequendam appellationem. Cæterum si iudex a quo assignet terminum ad finiēdam causam, valebit illa assignatio, ad effectum, vt teneatur prosequi appellationem illam, infra terminum illum: ex regula illa si non valet, vt ago, &c. de qua in c.1.§.1. de desponsatione impuberum.lib.6. Et facit tex.in c.à nobis, & in c. attestationes, eodem tit. Quæ regula procedit in nostro casu, quia terminus assignatus ad finiendam causam, comprehēdit sub se terminum ad eam prosequendā, argumento text. in l.si tam angusti.ff.de seruitutibus iunctis, quæ tradit.Couarr.1.par. de sponsalibus.c.3.nu.2. & 3.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *ARripiendo iter pars appellans, an ex eo censeatur prosequi appellationem.*
2 *Adducitur tex. in c. cum causa, de sententia, & re iudicata.*
3 *Appellatio prosequitur per rescripti impetrationem.*
4 *Ad prosequendam appellationem, non sufficit parti appellanti, iter arripere.*
5 *Intellectus ad c. cum causa, de sententia, & re iudicata.*
6 *Intellectus ad c. ex parte, & ad c. dilectus, de rescriptis.*

QVÆSTIO XXXIV.

AN QVANDO IVDEX ASSIGNAT TERMINVM parti appellanti, ad prosequendam appellationem, sufficiat tunc quòd pars in fine termini arripiat iter si iudex appellationis sit in alio territorio.

1 COMMVNIS est Doctorum opinio, quod in casu huius quæstionis sufficiat appellanti iter arripere, vt defendunt Panor. Præpositus, & Dec. in c. personas, de appella. idem Dec. in c.
2 cùm sit Romana. nu. 20. eodem tit. Pro qua opinione facit, tex. in c. cùm causa, de sententia, & re iudicata. vbi qui arripit iter dicitur ibi, appellationẽ prose-
3 quisse. Secundo facit text. in c. ex parte, & in c. dilectus, de rescriptis, dum probant appellationem dici prosequutam per rescripti impetrationem.
4 Sed contraria sententia longè verior est, videlicèt non sufficere parti iter arripuisse: Sed necesse esse causam introducere, coram iudice appellationis, docet

docet Iohannes Andreas in additionibus ad Speculatorem tit.de appellationi.§.nunc breuiter. Imola in d.c.ex insinuatione.Beroius in d.c.cum sit Romana.num. 13 pro hacque sententia facit tex.in l.2.ibi *causam induci præcipitans*. C.de temporibus appella. Dicitur autem causa introduci coram superiori,presentando appellationem coram eodem superiori, qui est iudex appellationis causæ, vel porrigendo libellum, vel supplicationem, ad informandum illum, vt appellatio addmittatur, vt in l.offerendis. C.de appellatione.

5 Non obstant iura supra pro prima opinione proposita,& in primis non obstat text. in c.cùm causa, de sententia,& re iudicata,quia tex.ille, non probat satis esse inter arripere, ad prosequendam appellationem,sed solum dicit, illum qui non arripit iter, non prosequi postea appellationem,ita Dec.vbi supra.

6 Neque obstant,tex.in c.ex parte,& tex.in c.dilectus, de rescriptis.dum probant appellationem dici prosequutam,per rescripti impetrationem.Quia respondeô, quod quando superior concedit rescriptum,iam causa est introducta, iuxta eaque docent Doctores relati,vbi supra,& sic non est mirũ si tunc dicatur causa introducta,& prosequuta.

SVMMARIVM.

1 Appellanti conceditur annus,& impedito biẽnium,ad prosequendam appellationem.

2 Dies appellationis an computetur in termino anni.

Tem-

3 *Tempus regulariter computatur, de momento ad momentum.*
4 *Dies appellationis, non computatur in termino anni.*
5 *Ob lapsum vnius diei est regurossum, vt quis excludatur a iure.*
6 *Tempus anni non incipit currere a die appellationis.*

QVÆSTIO XXXV.

AN DIES APPELLATIONIS, computetur in termino anni.

PRO huius quæstionis explicatione aduerto, quòd appellanti conceditur annus, ad prosequendam appellationem: si uero fuerit impeditus conceduntur duo anni, vt in c. personas, de appellat. cum vulgatis iuribus: qui dici solent per Do-
1 ctores primum fatale, & secundum fatale. A quo tépore inciperet currere primum fatale, erat de iure cōmuni olim controuersum. Sed hodie ex clemen. sicut. de appell. in appellatione iudiciali currit à die quo interponitur appellatio, in extraiudiciali à die illati grauaminis, vt ibi latè Doct. & Tiraq. in tracta
2 tu, de cessante causa. 1. part. nu. 82. Cum igitur a die interpositæ appellationis currat primum fatale, vel primus annus: quòd quæritur est, an dies illa computetur in termino anni. Et partem affirmatiuam huius quæstionis defendunt gl. in l. gallus verbo proximis. ff. de liberis, & posthu. Panor. & alij in c. super eo, el 2. de appella. Alex. in l. 1. ff. si quis cautionibus, nu. 13. & multi alij Doctores relati à Tiraquello vbi
3 supra, nu. 20. Pro qua opinione facit, tempus regu-

lariter computari, de momento ad momentum, vt in l. 3. §. minorem. ff. de minoribus.

4 Sed contraria sententia verior, & receptior est, videlicet diem appellationis non computari in termino anni, quam defendunt glo. in l. vbi lex. ff. de regulis iuris. Bartol. in l. 1. ff. si quis cautionibus, & ibi Ias. nu. 20. & Tiraquell. qui plures refert, lib. 1. de retractu. §. 1. glo. 11. num. 18. & num. 22. Pro qua sententia facit text. in l. vbi lex. ff. de regulis iuris. Secundò facit tex. in l. eum qui. in fine principij. ff. de verborum obligationibus. Tertio facit, quia est

5 benignior, & æquior opinio, nam non est iustum, ob lapsum vnius diei, excludatur aliquis à iure sibi competente, vt in l. 1. ff. de negotijs gestis, & in l. 1. ff. de vsucapionibus cum alijs.

Consequenter non obstat argumentum alterius opinionis: nempè tempus regulariter cõputari de momento ad momentum, vt in d. l. 3. §. minorem.

6 ff. de minoribus, quia respondeo illud verum esse, post quam tempus incipit currere, non ante, sed tẽpus anni non incipit currere à die appellationis, cũ in termino non computetur, quòd maximè procedit in nostro casu, vbi terminus ad prosequendam appellationem, non ab ipsa appellatione, sed post appellationem statuitur, vt constat ex dicta clementina sicut, vt docent relati a Tiraquello, vbi supra, nume. 24.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Appellatio à interlocutoria sententia, si non exprimatur grauamē, an sit valida.*
2 *Appellatio generalis, & vaga in iure admittitur.*
3 *Videtur quod causam non sit necesse exprimere in appellatione, ab interlocutoria.*
4 *Appellatio interposita in absentia iudicis est valida.*
5 *Ab interlocutoria sententia, non admittitur appellatio.*
6 *Causa, & grauamen exprimi debent, in appellatione ab interlocutoria sententia.*
7 *Ratio cur in appellatione ab interlocutoria, exprimi debeat grauamē.*
8 *Iure antiquo canonico, non esse necesse in appellatione ab interlocutoria, grauamen exprimere, dicunt plures Doctores, quorum opinio conuincitur.*
9 *Inhibitio, vt sit canonica plura requirit.*
10 *Interpretatio ad l. 2. ff. de appella.*
11 *In appellatione interlocutoria, grauamen debet exprimi, vt iudex a quo possit sententiam mutare si velit.*
12 *Iudex à quo non potest reuocare sententiam diffinitiuam.*
13 *A sententia interlocutoria, quae habet vim diffinitiuae, & per quam finitur officium iudicis, si appelletur, non est necesse quod grauamen exprimatur.*
14 *Appellationi si resistit ius commune, necesse est, vt in ea causa iusta exprimatur, vt admitti possit.*
15 *Appellatio interponenda est, in praesentia iudicis.*
16 *Declaratio optima ad c. 1. de alienatione iudicij mutandi causa, & ad cap. suggestum, de appella.*
17 *Protestatio incarcerati de prosequendo causam, operatur, vt quamuis acquiescat sententiae, possit postea appellare.*
18 *Iure canonico admittitur appellatio ab interlocutoria, & secus esse iure ciuili, vt defendunt Doctores.*
19 *Proponitur ratio aliquorum Doctorum, cur iure canonico admittatur appellatio ab interlocutoria, & secus de iure ciuili.*
20 *Reijcitur ratio supra proposita.*
21 *Vera ratio quare ius ciuile non admittit appellationem a sententia ab interlocutoria, & ius canonicum sic.*
22 *Iure nouo canonico, ciuili, & municipali huius regni, non admittitur*

appellatio ab interlocutoria, nisi interlocutoria habeat vim diffinitiuæ.

QVÆSTIO XXXVI.

AN APPELLATIO AB INTERLOCVtoria ſententia, ſine ſpecialis grauaminis expreſſione, ſit valida.

1 IN preſenti queſtione defendunt negatiuam partim (hoc eſt non eſſe neceſſarium in appellatione ab interlocutoria, exprimere grauamen ſpeciale) argumenta, quæ immediate ſequuntur.
2 Quorum primum eſt. Quod appellatio vaga, & generalis in iure admittitur, vt in cap. conſuluit, verſ. ſi vero, & in cap. bone, de appellationibus. Sed in generali appellatione cauſa exprimi non poteſt:
3 ergo neceſſaria non eſt grauaminis expreſſio. Secundo pro hac opinione facit text. in l. 2. ff. de appellationibus recipiendis, vbi in appellatione interlocutoria videtur innuere non requiri cauſam,
4 nec grauamen exprimere. Tertio facit, quod valet appellatio interpoſita in abſentia iudicis, vt in cap. 1. de alienatione iudicij mutandi cauſa facti. & in capit. ſuggeſtum, iuncta gloſ. de appellat. ergo grauaminis expreſſio non requiritur, cum eo abſente fruſtra id fiat. Vltimo facit, quod a ſententia interlocutoria non admitti ſolet in iure appellatio. l. 1. §. quæſitum. l. ante ſententiam. ff. de appellatio. l. apertiſſimi. C. de iudicijs, text. in foro addens, tit. de

appel-

appella.li.7.fororum huius regni Valentiæ: igitur si non admitti solet, nō est cur causa exprimi debeat.
6 Sed his non obstantibus argumentis, contraria sententia verior, & receptior est. Quam defendunt Bart.in l.eius qui, colū. 2. ff. de appella. Geminianus in c.cordi nobis.de appella.lib.6.Panor.& Dec.in c. cum Ecclesia, de appella. Cardinalis, & Alex. in c. cū sit Romana.eodem tit. Pro qua sententia facit tex.in l.eos qui.C.de appella.& in c.ei qui. §.fin.2.quęst.6. & tex.in c.cum sit Romana.c.super eo c.1.& 2.c.directè.c.cum causam in fin.c.dum speciali.§.porro.c. vt debitus, de appell.c.ex parte, de testibus, clemen.
7 appellanti.de appella.c.1.eodem titu.lib.6. Et ratio huius sententiæ est, quia iudici à quo est honor tribuendus, & ab eo auferri non potest processus, per appellationem interlocutoriam, nisi cum expressione iustæ causæ, & grauaminis illati. Quam rationem adducunt Dec.nu.1.Præpositus 2.& Francus.6. in c.vt debitus, de appellationibus. Ex qua ratione ab illis infertur appellandum esse a sententia, cum maxima reuerentia iudicis, & sine iniuria illius. vt in l.illud.ff.de appellatio.l.iudici.ff. de iniurijs glos. in l. & in maioribus.C.de appella. Sed si pars cū iniuria, & conuitio iudicis interponat appellationem, punienda est pœna extraordinaria arbitrio iudicis, cum non inueniatur in iure pęna certa imposita, vt docet.Bart.in d.l.illud. Et punitio potest fieri a iudice à quo, vt ibidem docent Angelus, & Imola siqui-

dem iniuria est notoria, vtpotè facta in iudicio, vt probatur in c. Romana, de pœnis, lib. 6. Et non solũ pars tenetur saluare honorem iudici a quo, sed etiã iudex ad quem in improbatione sententiæ, quia tenetur dicere quod reformat sententiã ex nouis allegationibus, & probationibus, vt innuitur in c. cùm Iohannes ad finem, de fide instrumentorum.

8 11. Non obstãt argumẽta, pro prima opinione proposita, non primum, quia respondeo, quòd illis iuribus attentis non erat necessaria expressio grauaminis iure canonico, sed postea nouo eodem iure fuit introductum, quod requiratur iusta causa, vt docet communiter Doct. in d. c. vt debitus, de appella. & & ante eos tenuit glo. in d. c. super eo. Sed hæc interpretatio reijcitur, quia non est concedenda iurium correctio, per tex. in c. cũ causam, de appella. Quare verius est, quòd in dictis iuribus appellatio fuit generalis solum respectu vnius causę, & admittebatur quia sufficiebat ante tempus clementinę appellanti exprimere ex multis grauaminibus vnum, apposita clausula generali. Pro quo facit, quod iure communi reuocabantur attentata, post appellationem ab interlocutoria, vt in c. significanti cum duobus sequentibus, & in c. exhibita, de iudicijs, & in c. dilecti in fine, de exceptionibus. & in c. 1. de appella. ibi in irritum reuocetis. Sed ad reuocanda huiusmodi attentata requirebatur expressio, & verificatio iustę causæ, vt in c. significauit, & in cap. Rodulfus, de re-

scriptis,

scriptis,& in c.ex parte,de testibus docet glo.verbo ante diffinitiuam in c.non solum, de appellat.lib.6. Neque obstat tex.in c.super quæstionem.§.fin.de officio delegati: vbi attentata post appellationem ab interlocutoria statim sunt nulla, absque aliqua expressione iustæ causæ: Quia respondeo,quòd quantum ad ipsam legem, attentata statim sunt nulla; quia lex semper est certa, vt in l.si pater.ff.de solutionibus:& ita procedit tex.in d.§.fin. Sed quo ad partes,expectanda est causæ cognitio, & ab ea pendent an sint nulla attentata, & ea quæ innouantur per iudicem à quo. Sed si huiusmodi attentata innouãtur post inhibitionem canonicam,debent reuocari statim,vt docet Couar.in practicis quęst.c.24.nu.3.qui

9 plures refert.Et ad hoc,vt inhibitio dicatur canonica plura concurrere debent, primò quòd in appellatione causa sit expressa.c.Romana.§. cùm autem,de appella.clemen.appellanti.eodem tit.Item requiritur quòd causa sit deuoluta per appellationem ad superiorem,vt in d.c.Romana.§.si vero, notat Fely. in c.dilectus el 2.col.penul.de rescriptis.Ferretus,consil.253.Rursus requiritur, quòd iudex ad quem incipiat cognoscere de veritate causæ,vt in d.c.Romana.§.quod si obijciatur,vbi notant Doct.& Fely.vbi supra.Vltimo requiritur, quòd fiat præcedente citatione,& causæ cognitione,vt in d.§. si vero docent, Beroius cons.20.num.18.lib.1. Maranta. actu.2.de appellationibus,num.196.& Couarr. vbi supra. Ex

quibus infertur, quòd licèt ad decernendam inhibitoriam canonicam in totum debeant concurrere requisita supradicta tamen communi, & generali stylo receptum est, quòd iudex ad quem, suspendat ad tempus iurisdictionem inferioris, etiam antequam incipiat cognoscere, de veritate causæ: tamen quia hæc suspensio non est canonica inhibitio, non reuocabuntur attentata post illam suspensionem, quàuis iudex superior possit procedere per cẽsuras iure canonico, vel alia iuris remedia, contra iudicem inferiorem innouantem.

10 Neque obstat. 2. argu. de d. l. 2. ff. de appellationibus recipiendis. quia loquitur, de appellatione interlocutoria habente vim diffinitiuę, vel quæ continet grauamen irreparabile, tunc enim non est necesse, vt causa exprimatur. Ad quòd facit tex. iuncta gl. verbo causam. in c. quòd consultationem, de re iudicata gl. verbo in alijs in c. fin. de electione. lib. 6. Docet. Bald. in l. minoribus nu. 5. ff. de his quibus, vt indignis. & est communis opinio teste Decio in cap. peruenit, & 2. nu. 6. de appellatio. Imola, & Francus, nu. 25. in c. vt debitus, de appell. Rebuffus in l. quòd iussit in præfatione, nu. 75. Additionator Bartoli in l. eius qui, de appellationibus recipien. Soci. regula. 38. Dueñas. 47. Sed nostra quæstio loquitur, de appellatione mere interlocutoria, in qua requiritur expressio iustæ causæ. Neque obstat tex. in l. ait prætor. §. permittitur ibi *nisi aduersus iniuriam*, vbi Bart.

nu. 3.

nu. 3. ff. de minoribus, quia solum probat posse appellare à grauamine, & nihil dicit de expressione iustæ causæ. Sed obstare etiam videtur ratio text. in d. c. vt debitus, de appella, ibi *vt debitus honor deferatur iudicibus, &c.* quæ militat etiam in appellatione à diffinitiua, & interlocutoria, quę habet vim diffiniti
11 uæ, quæ continet grauamen irreparabile. Cui difficultati respondetur, in appellatione a mera interlocutoria requiri expressionem iustæ causæ, vt iudex a quo possit si uelit motus illa iusta causa, vel grauaminis expressione, sententiam suam reuocare, quod facere potest ex l. quòd iussit. ff. de re iudicata. & ex c. cùm cessante, de appella. c. si iudice. eodẽ tit. lib. 6. Et in hoc tribuitur honor iudici a quo, vt vult text.
12 in d. c. vt debitus, de appella. Cæterum hæc ratio nõ militat in appellatione a diffinitiua sententia: quia diffinitiua sententia reuocari nõ potest per iudicem à quo, postquam semel est functus officio suo, vt in l. postea quam ff. de re iudicata. c. litteris, de officio legati. Bartol. in l. quòd iussit, num. 9. Iason. 15. Ripa. 10. & ibi Fely. in c. qualiter & quando, el 1. nu. 6. de accusationibus, & explicaui supra in qõ. 26. Et ita mirum non est, si in hac appellatione non requiratur causæ vel grauaminis expressio, ut docet Panor. nu. 9. in cap. peruenit. el 2. de appellatio. Barbatia in rubrica de re iudicata, in clemẽtinis, nu. 13. Rebuffus in d. l. quòd præssit. in præfatione, nume. 76. Sed hæc ratio cõcludit, quo ad appellationem à diffini-

tiua,

tiua,non tamen videtur concludere quo ad appellationem ab interlocutoria, habente vim diffinitiuæ,vel quę continet grauamen irreparabile, per appellationem à diffinitiua. Quia licèt glos.in d.c.fin. verbo inane est, de electione lib. 6. dicat interlocutorias non posse reuocari per iudicem qui eas tulit, & eam sequantur.Docto.ibi,& Ias.in l. quòd iussit, num. 10.& ibi Ripa,nu.28.& Rebuffus.1. notabili, num.102.Decius in d.c.cùm cessante,num.12. Maranta.6.par.actu.2. de appellat.nu.32.tamen verius est,posse reuocari per iudicē à quo, vt docent Doct.
13 infra referendi. Et sic ad hoc,vt in appellatione interponenda, à sententia interlocutoria habēte vim diffinitiuæ, non requiratur expressio grauaminis, necesse est,vt sit talis,per quam finiatur officium iudicis,vt resoluit Alex.in l. quod iussit.ff.de re iudicata colu.5.& ibi Rebuffus, nu.73.1.notabili. Maranta.6.par.actu.2.de appella.nu.46. quia talis interlocutoria sententia non potest reuocari per iudicem à quo ex tex.in c.significantibus, de officio delegati iunctis quæ tradunt Bartol.num.20.Alex.27.Ripa. 16.in d.l.quod iussit. Romanus singulari. 130.Quæ sentētia procedit,& est vera, quamuis a tali interlocutoria fuerit interposita appellatio, vt docet Alex. num.29.Ripa.18.in d.l.quod iussit. Quamuis contrarium defendat glo.fin.recepta in authen. habita. C.ne filius pro patre.Francus in c.ex ratione,nu.18. de appella.Decius in d.c. cùm cessante, nu.14.Fely. in cap.

in c.qualiter,& quando el 1.num.10. de causa possessionis,& proprietatis.Rebuffus in d.l.quod iussit. 1.notabili,num.106.Ferretus consl.201.nu.8.quorum fundamenta non obstant. Et non obstat primum,d. c. si à iudice.de appella.lib.6.vbi per iudicem à quo posse reuocari interlocutoriam(pendente appellatione)constat.Quia intelligitur de interlocutoria,quæ non extinguit officium iudicis.Secundo non obstat quòd per appellationem, quæ extinguit officium iudicis, manet suspensus effectus sententiæ interlocutoriæ.Quia respondeo,quòd per appellationem à diffinitiua manet etiam suspensus effectus eiusdem sententiæ,& tamen non inde sequitur,posse iudicem a quo reuocare diffinitiuam pendéte appellatione. Cæterum si per interlocutoriam non finiretur officiũ iudicis, esset necessaria expressio causæ,quia talis interlocutoriã quamuis habeat vim diffinitiuæ,potest reuocari per iudicem qui eã tulit.glo. 1.in fin.in l.1.C. sententiam rescindi non posse.Bartol.nu.4.& Iason,nu.23.in d.l.quòd iussit contra glos.ibi. Et similiter debet exprimi iusta causa,quando appellationi resistit ius commue,licèt interponatur a sententia diffinitiua; vt in appellatione quæ interponitur a conuicto, & confesso, vel à confesso tantum,quia non admittitur iure communi ad appellandum,vt in l.2.C. quorum appellationes,vbi notant Doct.Couar.in practicis quæstionibus.c.23.nu.5.Iulius Clarus,lib.5.sententiarũ.§.fin.

quęstione.94.quod hoc casu debet exprimi causa te nuit.glo.in c.Romana. §. sinautem verbo, & æquo, & verbo mandetur, de appella.in 6. Et sequũtur ibi Doct.Decius in c.ad nostram, nu.3. eodem tit.Maranta.6.par.actu.2.de appella.nu.143.Couar.in practicis quęstionibus.c.15.nu.1.Et est ratio, quia cum causa, quæ exprimitur in tali appellatione sit fundamentum appellationis oportet, quòd de ea constet, ex regula legis.2.§.ait prætor.ff. ne quid in publico flumine.Et inde infertur declaratio ad tex.in d.c. ad nostram, vt si appelletur a correctione fraterna propter excessum in corrigendo, debet exprimi causa. Et similiter si appelletur ab executione, quę excedit modũ in exequẽdo, uel à iudice dato, cùm clausula appellatione remota, etiam exprimi debet causa.

15 Non obstat.3.argu. quia animaduertendum est, appellationem esse interponendam in præsentia iudicis, si eius copia haberi potest, vt in l.1.§. si quis. ff. quando appellandum sit. & in d.c. vt debitus. & in c.fin.de appella.& in c.exceptio.eodem tit.li.6.Docent Innocentius Imola, & Philippus Francus in d. c.fin.qui dicunt communem, & Decius in c. suggestum, de appella. Sed si copia iudicis haberi non potest, grauatus appellare in eius absentia coram honestis viris potest, vt vltra Doct.vbi supra resoluit Lapus allegatione.35.glos.in clemen.1.verbo maiori, de appellationibus. Bald. in l.apertissimi, colu.1.C. de iudiciis. Maranta.6.parte primi thomi in procemio,

16 num.53.per tex.in d.l.1.§.adeundi. Neque obstant iura in argumenta adducta: quia procedunt quãdo appellatio facta in absentia iudicis, fuit postea ratificata in eius præsentia, quo casu valet, licet interponatur in absentia, docet Dec.nu.4. in c. suggestum. Sed si postea non ratificetur in præsentia iudicis, nõ tueri appellantem, docent Dominicus, & Francus, in d.cap. appellatio, de appellationibus, lib.6. Idem Francus in c.fin. col.penul.de appellatio. Butr. in d.
17 c.suggestum. Ex his infero, quod si reus est incarceratus, & non audeat appellare, ne retineatur in carceribus, poterit ante sententiam facere protestationem, de prosequendo causam suam, coram superiore, non obstante, quod verbaliter postea adquiescat sententiæ, contra eum latæ. Et sic hæc protestatio, quæ habet vim appellationis, ex hac iusta causa, potest fieri in absentia iudicis, vt probatur in d. c. fin. de appella.& in l.2.C. de his qui per metum iudicis non appella.tenet Bart.in l. de pupillo.§.si quis ipsi, num.5.ff. de noui operis nunciatione. Fely.in c.gratum, num.9.de officio delegati & hæc sententia est vera; quamuis glo.fin.in c.pastoralis. §.præterea, de officio ordinarij existimet iura illa continere consilium, & Dec.in d. c.fin.nu.4.& cons.356.& in l.omnibus causis, nu.12.ff.de receptis iudic.dicat nõ esse necessariam illam protestationem, sequitur Cagno. num.22.in d.l.in omnibus. Et quamuis. Panor.in c. de priore.nu.3. de appellat. dicat cõsensum senten-

tiæ per

tiæ per iudicare parti, licet æquum sit, quod subueniatur eidem probato metu: neque esse necessariam protestationem. Sequitur Couarru. 2. par. de sponsalibus, c. 3. §. 5. num. 12. Sed reijciuntur hæ opiniones, quia dicta iura præscribunt modum certum, nempe, vt protestetur, & gesta contra legem præscribentem modum procedendi sunt nulla, vt ex text. in c. cū dilecta, de præscriptionibus, vbi Abbas. nu. 12. & in c. fin. de restitutione spoliatorum: ergo præcisè est necessaria protestatio, nam alias actus esset nullus, docet glo. 1. in c. fin. de appellationibus. glos. verbo proposita in c. cupiētes. §. quod si per viginti, de electione. lib. 6. Bal. in l. properandum. §. sin autē, col. 2. C. de iudiciis Fely. num. 2. Paris. col. 3. in c. ex transmissa, de præscriptionibus. Alex. cons. 163. volum. 2. colu. penul. & est sententia in praxi securior, vt docet. Ias. in d. §. si quis ipsi, num. 2. dicit commune Gomesius in regula de annali possessione quæst. 75. Bellame. nu. 11. in c. 1. de his qui ui. Tametsi verum sit, quod si reus esset carceratus, vt consentiret sententiæ, quamuis nullam faceret protestationem, potest reuocari consensum illum per actionē quod metus causa, ex l. qui in carcere ff. de eo quod metus causa tenet. Couarru. 2. par. de sponsalibus. c. 3. nu. 5. facit tex. in clemen. 2. §. sanè, iuncta gl. verbo modo supradicto, de pœnis. Neque obstat, quòd consentiendo sententiæ videtur reus recedere à sua protestatione, quia facit actum contrarium, argu. text. in

cap.

c.gratum, de officio delegati ad finem, & in c.cùm venissent, de testib. & in c.solicitudinem, de appella. tio. Fely. in d.c.gratum, nu. 9. & 10. quia respondeo, quòd durante causa metus, & causa protestationis, non periudicatur per actum contrarium, cōsensus, vt in d.c.fin. de appellat. & in d.l.2.C. de his qui per metum iudicis, & in d.c.1. de his qui vi.

18 Neque obstat vltimum argu. quòd in iure nō admittatur ab interlocutoria sentētia appellatio. Quia respondeo iure canonico falsum esse, iure autem ciuile regulariter exceptis multis casibus, non admittitur appellatio ab interlocutoria, ex supra dictis iuribus, & ex l. ante sententiæ tempus. C. quorum appella. non recipiantur, & in l. apertissimi. C. de iudicijs. docent communiter Doct. in d.c. vt debitus, vt

19 supra diximus. Rationemq; differentiæ assignant, videlicet iure ciuili non posse appellari ab interlocutoria regulariter, quia instantia iure ciuili finitur triennio, vt in l. properandum in principio. C. de iudicijs, & facile posset finiri si appellaretur ab interlocutoria. Iure uero canonico instantia est perpetua, vt in c. venerabilis, de iudicijs, & in c. cum olim, el 2. vers. iudices autem, de priuilegijs. & ideo nullum datur inconueniens ex eo quod appelletur ab interlocutoria, quam rationem etiam assignat Bald. in l. 2. num. 4. C. de Episcopali audientia, & eam sequuntur Iohannes Andreas Abbas. Panor. & Præpositus, nu. 6. Bero. 5. in d.c. super eo. el 2. Hostiens. Henric.

& Be-

& Bero. 13.in d.c.venerabilis.Ias.in d.l.properandũ circa finem. Rebuffus. 1.thom. ad constitutiones regias, tractatu de sententijs exequendis. artic. 10.glo. 1.num. 1.idem in l.quòd iussit.ff.de re iudicata.no-
20 tabili.2.num.222.Sed reijcitur hæc ratio, quia tam iure ciuili quam canonico, potest iudex ad quẽ retinere causam principalem, quando appellatur ab interlocutoria, si appellatio fuerit iustificata, vt docet communis in d.cap.vt debitus, teste Decio ibidem, num.22.Bart.in l.3.nu.fin.ff.de appellationibus recipiendis. Maranta in Speculo aduocatorum.4.par. distinct.6.iudiciorum, nume.17.Cosmas Buniel in pragmatica sanctione gallicana, tit.de causis.§. & ne vero interponitur, per tex.in l.si quis prouocatione. C.de appella.c.1.& c.Romana. §.fin. eodem tit.lib. 6. Et sic cessat timor ille, quòd instantia peribit, & improbatur etiam dicta communis, quia licèt existimet iure canonico attento, esse perpetuam instantiam, vt resoluit Corneus, consi.211.Bernal. Diaz in regula.338.Couarr.in c.quamuis pactum. 2.part.§. 1.nu.4.tamen verius est, iure etiam canonico instantiam etiam perire per triennium, vt docent Fulgosius, & Ias.col.fin. in d.l.properandum in principio. Romanus consil.220. Couarr.vbi supra. Et non obstat, tex.in d.c.venerabilis, quia speciali ratione non finiebatur ibi instantia per triennium, quia aduersarius per sufugia, & cauillationes deferebat negotiũ, vt laberetur instantia. Neque obstat tex.in cap.cùm

olim.

olim.el 2.de priuilegijs, quia in casu illius, tex. quãuis causa durabit per quadriennium, fuit in prima,
21 & 2. instantia, vt ex illo tex. constat. Quare verior ratio est, ideo ius ciuile prohibuisse appellationem ab interlocutoria, ne res publica litibus turbaretur, ius vero canonicum eam admittit, quia considerat grauamen illatum parti, & peccatum ex parte iudicis, vt docent Cardinalis, & Præpositus in d.c. super eo, el 2. hodie vero iure regio Valentino statur dispositioni iuris ciuilis, vt nõ admittatur appellatio ab interlocutoria, per text. in foro addens, de appellatio.
22 lib. 7. fororum. Quòd etiam nouissimo iure in curia Romana seruatur, ex regula cancellariæ de non appellando ante diffinitiuam sententiam, approbata à concil. Trid. sess. 24. de reformatione. c. 20. Sed si interlocutoria habeat vim diffinitiuæ poterit grauatus ab ea appellari. l. intra vtile, vbi glos. 1. ad finem. ff. de minoribus, & ibi Bart. & communis, & in l. ab executione. C. quorum appellationes gl. in pragmatica sanctionum tit. de friuolis appellationibus. Similiter potest grauatus appellare ab interlocutoria, quæ continet grauamen irreparabile, text. in l. 2. & ibi Bar. & omnes. ff. de appellationibus recipiendis, & in cap. non solent. §. ante sententiam. 2. quæst. 6. & in dicto decreto concilij Trident. Et dicitur grauamen irreparabile quando grauatus (etiam si sententia obtineret vim diffinitiuæ) remaneret læsus, vt docent Bart. in l. 2. num. 5. C. de Episcopali audientia,

cuius exemplum esse possunt excõmunicatio, captura, & tortura, vt docent Doctores vbi supra, nam ab iniusta captura est iustum appellare, glos. in clementina. 1. §. 1. verbo ipso iure de hæreticis, quia affert grauamen irreparabile, & poterit interponi etiam lapsis decem diebus, quia grauamẽ est continuum, & successiuum. Bal. vbi supra, nu. 7. Alexan. in l. eum qui. §. in pupillaribus, nu. 11. de iureiurando, quòd optimè declarat Maranta in Speculo aduocatorum. 6. parte actu. 2. num. 205. Et à sententia torturæ admittitur etiam appellatio, vt in l. 2. ff. de appellatio. & ibi Doctores. In his, & alijs casibus videndis per Doctores supra citatos, neque ius ciuile, & canonicum, neque municipale huius regni, excludit appellationem ab interlocutoria.

SVMMARIVM.

1 *IVdex qui non detulit appellationi, an possit appellanti terminum appellationis restringere.*
2 *Iudex qui non detulit appellationi, non potest restringere terminum appellationis.*
3 *Satisfit fundamentis primæ opinionis.*
4 *Intellectus ad c. 1. de appellationibus, lib. 6.*

QVÆ-

QVÆSTIO XXXVII.

AN IVDEX QVI NON DETVLIT APpellationi, possit terminum restringere appellanti, ad prosequendam appellationem.

1 HVIVS quęstionis affirmatiuam partem, videlicet, posse iudicem qui non detulit appellationi terminum restringere, defendũt Speculator tit. de appellat. §. qualiter, nu. 28. Panor. nu. 8. Imol. 14. in c. fin. de accusationibus. Iohannes Andreas, & Dominicus in c. 1. de appell. lib. 6. Fely. nu. 1. & Franc. 10. in c. personas de appellat. Pro qua sententia primò facit, nam si iudex qui detulit appellationi potest hoc facere multo fortius poterit qui non abdicauit à se iurisdictionem. Secundo facit tex. in c. 1. de appell. lib. 6. vers. & cùm appellatio non sit admissa, iuncto vers. sequenti ibi *prosecutionis indulto.* Tertio facit text. in c. oblatæ vers. nec delatum appellationi fuisse. iunctis verbis immediatè sequentibus, de appellatio. vbi probari videtur, quòd iudex qui appellationi non detulit, potuit terminum breuiare.

2 Sed his non obstantibus, contrariam sententiam (nempè, non posse iudicem qui appellationi nõ detulit, restringere terminum appellanti) defendunt Imolæ, & Innocentius in c. fin. nu 1. de accusationi-

bus, sequuntur Rota antigua decis. 16. de appel. Prępositus in c. personas, nu. fin. de appellat. & ita practicari in omnibus curijs testatur Romanus singulari. 165. Dec. nu. 6. Beroius. 17. in c. cum sit Romana, de
3 appellat. Et tenendo hanc sententiam non obstant fundamenta contrariæ opinionis, nō primum quia, vt supra in quæst. 33. resolutum fuit, ideò iudex qui detulit appellationi potest abbreuiare, & restrigere terminum, ad prosequendam appellationem, quia potest ea facere, quæ expectant ad faciliorem exitū causæ appellationis, quòd secùs est in eo iudice qui appellationi non detulit, qui non potest terminum præfingere ad prosequendam appellationē à se non admissam, argumento tex. in regula ex eo. de regulis
4 iuris. lib. 6. & c. cùm olim, de censibus. Neque secundo obstat, text. in d. cap. 1. de appellationibus lib. 6. quia verba illa *temporis prosecutionis indulto* referuntur ad illa verba, *vel si appellationi forsan ex superiotis reuerentia sit delatum,* & sic in illo textu restrictio termini fit eo casu, quo est appellationi delatum, & ita interpretandus est tex. in d. c. oblatæ. ut inquit Bero. in c. cùm sit Romana, nu. 18. de appellationibus.

SVMMARIVM.

1 *Impeditus biennio ad prosequendam appellationem, an concedatur triennium.*
2 *Impedito per biennium non conceditur triennium, sed restituitur ad tēpus impedimenti.*
3 *Tantum præstat restitutio, quantum abstulit læsio.*
4 *Exponitur tex. in authen. de his qui ingrediuntur ad appellandum.*
5 *Transacto biennio manet firma sententia.*

Minor

Minor vel Ecclesia si læduntur in tempore, solum restituuntur ad tempus læsionis.
Satisfit fundamentis superioris opinionis.

QVÆSTIO XXXVIII.

AN IMPEDITO PER BIENNIVM AD prosequendam appellationem, concedatur triennium.

1 PARTEM affirmatiuam defendunt glos. in c. cum sit Romana, & glo. in c. ex ratione. de appellationibus. Bal. in l. 2. in principio. C. de temporibus, de appellationum. Dec. num. *12*. Francus. 45. in d. cap. ex ratione. Pro qua opinione facit, tex. in d. c. ex ratione. ibi *nolumus per iudicium generari*, & tex. in authen. sponsalitia largitas. §. hoc quoque. vers. *nullum penitus inferatur præiudicium*, ex quibus probari videtur dari triennium, cui fuerit impeditus per biennium.

2 Sed contrariam sententiam (videlicet, impedito per biennium, non concedi triennium; sed restitui ad tempus impedimẽti,) defendunt. Bart. Salicet. & glo. in authen. de his qui ingrediuntur ad appellandum. §. 1. verbo iuuaret. Panor. in d. c. ex ratione. 5. & 9. Dec. *12*. Præpositus. 31. & 53. Bero. in c. cum sit Romana, de appellat. nu. *46*. Afflict. decis. Neapolitan. 175. Pro qua sententia facit primò tex. in d. c. ex

3 ratione, quatenus ibi nõ fit mentio de triennio. Se-

cundo facit, nam tantum præstat restitutio quantũ abstulit lęsio, vt probatur in l.quòd si minor. §.restitutio.ff.de minoribus,& in l.fin.ff. eodem titu. l.qui proprio.§.item quæritur. ff. de procuratoribus cùm ibi notatis.l.sed etsi per prętorem.§.si ferie.ff. ex quibus causis maiores:& sic per restitutionẽ consequitur impeditus, tantum tempus, quãtum durabit im
4 pedimentum. Tertio facit text.in authen.de his qui ingrediuntur ad appellandum. §. 1. vbi probatur, quòd quando appellans fuit impeditus in secundo anno, sucurritur ei per aliam legem; quasi dicat per restitutionem ex dicta clausula generali, de qua in
5 d.l. 1.ff.ex quibus causis maiores in integrum. Quarto facit nam transacto biennio manet firma sententia ex tex.in cap.cùm sit Romana, de appella.& ex l. fin.§.illud.& in authentica ei cui.C. de temporibus appellatio.& in authen. de his qui ingrediuntur ad appellandum.§.fin.quia à iure non conceditur trie-
6 nium. Quinto facit, quia Ecclesia vel minor lęsus in tempore, solum restituitur ad tẽpus læsionis: vt probatur in clemen. 1.in fin.de in integrum restitutione.ergo,&c. Et hęc sententia est verior,& receptior.
7 Et ita non obstant iura pro prima opinione proposita, quia loquuntur de præiuditio iustitiæ ipsius causæ principalis. Non enim ex illis colligitur impedito per biennium concedi triennium, quòd ex d. cap. ex ratione *ibi nolumus quod iustitiæ vestræ, &c.* facile deprehenditur.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Fatalia consensu partium prorogari non posse, defendunt plures Doctores.
2 Fatalia consensu partium prorogari non posse, innuere videtur l. nemo. C. de temporibus appellationum.
3 Exponitur tex. in c. oblata, de appellationibus.
4 Instantia appellationis respicit fauorem publicum, & priuatum.
5 Instantia prima non prorogatur.
6 Partium consensu fatalia prorogari possunt.
7 Terminus datus delegato ad causam finiendam consensu partium prorogatur.
8 Prorogari potest tempus sexaginta dierum, quod datur ad redhibendam rem morbosam.
9 Appellanti non currit tempus, si prosecutio appellationis consensu partium defertur.
10 Appellationi renuntiari potest per pactum.
11 Intellectus ad l. nemo. C. de temporibus appella.
12 Restaurari possunt fatalia iure regio.
13 Intellectus ad c. oblata, de appella.
14 Publicè vtilitati contrarium non est, fatalia prorogare ex partium consensu.
15 Prima instantia non prorogatur, ad eo quod per compromissum nō suspendatur.
16 Ratio quare instantia appellationis, partium consensu prorogatur.

QVÆSTIO XXXIX.

AN FATALIA CONSENSV PARtium prorogari possint.

1 HVIVS quæstionis partem negatiuam defendunt. Bar. in authen. si tamen. C. de temporibus appell. & in l. properandū. C. de iudicijs Ludouicus Romanus in l. 2. ff. de re iudicata,

& in conſ.174.in fine, Iohannes Andræas in additionibus ad ſpeculatorem,tit.de appella.§.nunc breuiter.verſ.licèt autem.Panor.in c.ex ratione,colu.5. Alex.& Cardinalis in d.c.ex ratione,de appella.col.
2 15.Pro qua opinione primò facit text.in l.nemo.C. de temporibus appella.vbi innui videtur etiam partium conſenſu tranſactis fatalibus, appellationem
3 proſequi non poſſe. Secundo facit tex. in c.oblatę, de appella.ibi *ſed ne ualeat prorogari.* Ex quo deduxerunt Doctores fatalia prorogari non poſſe conſenſu
4 partium,neque conſenſu iudicis.Tertio facit, quòd appellationis inſtantia, non ſolùm reſpicit fauorem priuatum,ſed etiam publicum, ne lites ſint immortales.l.2.C.de temporibus appellationum:ſed fauori publico nemo renuntiare poteſt. cap.ſi diligenti, de foro compe.l.ſi quis in conſcribẽdo.C.de pactis: ergo partium conſenſu fatalia prorogari non poſ-
5 ſunt. Quarto facit,nam inſtantia primæ cauſæ,conſenſu partium non poteſt prorogari.l.properãdum. C.de iudicijs: ergo neque ſecunda appellationis inſtantia,poterit partium conſenſu prorogari.
6 Sed contraria ſententia lõgè verior, & receptior eſt,videlicèt conſenſu partiũ fatalia prorogari poſſe,quam defendunt.Bal.in l.fin.§.fin.colu.1. C.de tẽporibus appella.Iohannes Andræas in additionibus ad ſpeculatorẽ.§.nunc breuiter tit.de appella. Alex. in d.l.properandum.C.de iudicijs, & in additionibus ad Bart. in authen.ei qui. C.de temporibus appella-

pellatio.& ibidem.Cynus nu.2. Philippus Dec.in c. ex ratione.col.5.vers.sed dubitatio est.& ibidem Felyn.2.col.Albericus,& alij in d.l.fin.colu.2.C.de té-
7 poribus appella. Pro qua sententia primò facit text. in c.in causis,de officio delegati.vbi terminus datus in rescripto delegatorio, infra quem causa debeat finiri, cùm consensu partium potest prorogari : Sed tempus appellationis prosequendę, reperitur in iure prorogatum, de vno anno in biennium propter impedimentum,tex.in c.cum sit Romana,de appellationibus:ergo multo magis fatalia ad prosequendam appellationem poterunt per partes prorogari argumento tex.in l.cum pater.§. quindecim.ff.de le-
8 gatis.2.Secundo facit tex.in l.quòd si nolit.§. si quid ita.ff.de ædilitio edicto vbi cõsensu partium potest prorogari tempus legale sexaginta dierũ, quod da-
9 tur ad redhibendam rem morbosam. Tertio facit tex.in l.quamdiu.ff.de appella.vbi dicitur,quòd nõ currit tẽpus appellanti, quando de consensu ipsarũ
10 partium prosecutio appellationis defertur. Quarto facit tex.in l.fin.§.fin.C. de temporibus appella. vbi expresse dicitur quod per pactum potest renuntiari appellationi,& pacisci,vt nullum fatale obseruetur. Et reddit rationem tex. quia asperitas legum pactis
11 partium temperari potest.Et ita tenendo hanc sententiam, non obstant argumenta supra pro prima opinione proposita,non primum ex tex. in d.l. nemo, quia respondeo quòd non loquitur,de proro-
gatio-

gatione, ſed de reparatione, quæ fit finitis fatalibus. Textus enim ille diſponit neminem poſſe tranſacto tempore fatalium impetrare reparationem temporis, cum iam appellatio remaneat deſerta. Loquimur enim nos in hac quæſtione, de prorogatione, quæ fit durante tẽpore. l. ſed etſi manente. ff. de præcarijs. Et ita ſecundum Bar. & Caſtrenſem in d. l. nemo. nec non ex lectura illius text. expreſſe colligitur legem illam loqui, de reparatione fatalium. Non vtique reparari poſſunt tranſacto tempore, vt in d. l. nemo, quòd diuerſum eſt in prorogatione, nam nõ tranſacto tempore bene poſſunt fatalia prorogari
12 ex partium conſenſu, attamen iure regio Val. tranſacto tempore fatalium bene poteſt pars in cauſis in ſupremo Regis conſilio deductis, reſtaurationem, & reparationem fatalium impetrare. Nec enim pars in aliquo punitur, licet toto tempore fataliũ tacuerit, tex. optimus ex iure noſtro in foro item ſeñor, el 2. de appell. lib. 7. Etenim iure communi diſpoſitũ erat, quod dum appellationis cauſa in ſupremo conſilio erat introducta, etiam ſi per centum annos ſtetiſſet, nec inſtantia, nec fatalia tranſiebant, & ita fatalium reſtauratio non requirebatur, cum ullo tempore fatalia ibi currant authent. Sed lis, & text. in l. fin. §. Si tamen. C. de temporibus appella. Docet latè Vantius de nullitatibus tit. de nullitatibus ſententiarum principum, nu. 9. licet ſecus ſit diſpoſitum iure regio in foro item ſeñor, el 1. de appella. eodem tit.

Neque

13 Neque obstat secundum argu. ex tex. in c. oblatę, de appella. quia si bene consideretur loquitur habito respectu ad iudicium, videlicèt, quod partes non possint restringere terminum appellationis, nisi de consensu iudicis. Cui consonat tex. in c. cum sit Romana, & in c. personas, de appellat. Sed non concedit iudici, quod possit illum prorogare sine partiũ consensu, quare ille tex. non prohibet partibus fatalia prorogare posse, & ita illũ tex. declarat ibi glo. in vers. prorogari: loquimur enim nos de fatalium prorogatione, de qua utique tex. ille non loquitur.

14 Neque obstat tertium argu. quia respõdeo, quod non est contra publicam utilitatem prorogare fatalia consensu partium; nam ipsis volentibus nemini fit iniuria. Etenim partes paciscentes ne currant fatalia, non tantum publicè vtilitatis læsio, quæ vtiq; non est, quàm litigantium commoditas consideratur, ne pereat appellationis causa, & instantia, vt declarat Panormit. col. 16. vbi supra, & latius dicam in sequenti solutione.

15 Neque obstat vltimum argu. ex l. properandum. C. de iudicijs, quia licet verum sit; in prima instantia non admitti prorogationem. Cum instantia prima causæ principalis, non sit, nec tacitè, nec expressè, nec alio modo prorogabilis, adeo quod etiam per compromissum non suspendatur, vt docent Panor. in d. c. penul. col. 6. de iudicijs. & ibi Fely. col. 5. Marianus Socinus ibidem in 16. argumento. Idem

Soci-

cuius exemplum esse possunt excōmunicatio, captura, & tortura, vt docent Doctores vbi supra, nam ab iniusta captura est iustum appellare, glos. in clementina. 1. §. 1. verbo ipso iure de hæreticis, quia affert grauamen irreparabile, & poterit interponi etiam lapsis decem diebus, quia grauamē est continuum, & successiuum. Bal. vbi supra, nu. 7. Alexan. in l. eum qui. §. in pupillaribus, nu. 11. de iureiurando, quòd optimè declarat Maranta in Speculo aduocatorum. 6. parte actu. 2. num. 205. Et à sententia torturæ admittitur etiam appellatio, vt in l. 2. ff. de appellatio. & ibi Doctores. In his, & alijs casibus videndis per Doctores supra citatos, neque ius ciuile, & canonicum, neque municipale huius regni, excludit appellationem ab interlocutoria.

SVMMARIVM.

1 *IVdex qui non detulit appellationi, an possit appellanti terminum appellationis restringere.*

2 *Iudex qui non detulit appellationi, non potest restringere terminum appellationis.*

3 *Satisfit fundamentis primæ opinionis.*

4 *Intellectus ad c. 1. de appellationibus, lib. 6.*

QVÆ-

QVÆSTIO XXXVII.

AN IVDEX QVI NON DETVLIT AP- pellationi, possit terminum restringere ap- appellanti, ad prosequendam appellationem.

1 HVIVS quęstionis affirmatiuam partem, videlicet, posse iudicem qui non detulit appellationi terminum restringere, defendũt Speculator tit. de appellat. §. qualiter, nu. 28. Panor. nu. 8. Imol. 14. in c. fin. de accusationibus. Iohannes Andreas, & Dominicus in c. 1. de appell. lib. 6. Fely. nu. 1. & Franc. 10. in c. personas de appellat. Pro qua sententia primò facit, nam si iudex qui detulit appellationi potest hoc facere multo fortius poterit qui non abdicauit à se iurisdictionem. Secundo facit tex. in c. 1. de appell. lib. 6. vers. & cùm appellatio non sit admissa, iuncto vers. sequenti ibi *prosecutionis indulto*. Tertio facit text. in c. oblatæ vers. nec delatum appellationi fuisse. iunctis verbis immediatè sequentibus, de appellatio. vbi probari videtur, quòd iudex qui appellationi non detulit, potuit terminum breuiare.

2 Sed his non obstantibus, contrariam sententiam (nempè, non posse iudicem qui appellationi nõ detulit, restringere terminum appellanti) defendunt Imola, & Innocentius in c. fin. nu 1. de accusationi-

bus, sequuntur Rota antigua decis. 16. de appel. Prępositus in c. personas, nu. fin. de appellat. & ita practicari in omnibus curijs testatur Romanus singulari. 165. Dec. nu. 6. Beroius. 17. in c. cum sit Romana, de
3 appellat. Et tenendo hanc sententiam non obstant fundamenta contrariæ opinionis, nō primum quia, vt supra in quæst. 33. resolutum fuit, ideò iudex qui detulit appellationi potest abbreuiare, & restrīgere terminum, ad prosequendam appellationem, quia potest ea facere, quæ expectant ad faciliorem exitū causæ appellationis, quòd secùs est in eo iudice qui appellationi non detulit, qui non potest terminum præfingere ad prosequendam appellationē à se non admissam, argumento tex. in regula ex eo. de regulis
4 iuris. lib. 6. & c. cùm olim, de censibus. Neque secundo obstat, text. in d. cap. 1. de appellationibus lib. 6. quia verba illa *temporis prosecutionis indulto* referuntur ad illa verba, *vel si appellationi forsan ex superiotis reuerentia sit delatum,* & sic in illo textu restrictio termini fit eo casu, quo est appellationi delatum, & ita interprętandus est tex. in d. c. oblatæ. ut inquit Bero. in c. cùm sit Romana, nu. 18. de appellationibus.

SVMMARIVM.

1 *IMpedit is biennio ad prosequendam appellatio iem, an c nce latur triennium.*
2 *Impedito per biennium non conceditur triennium, sed restituitur ad tēpus impedimenti.*
3 *Tantum pręstat restitutio, quantum abstulit læsio.*
4 *Exponitur tex. in authen. de his qui ingrediuntur ad appellandum.*
5 *Transacto biennio manet firma sententia.*

Minor

6 *Minor vel Ecclesia si læduntur in tempore, solum restituuntur ad tempus læsionis.*

7 *Satisfit fundamentis superioris opinionis.*

QVÆSTIO XXXVIII.

AN IMPEDITO PER BIENNIVM AD prosequendam appellationem, concedatur triennium.

1 PARTEM affirmatiuam defendunt glos. in c. cum sit Romana, & glo. in c. ex ratione. de appellationibus. Bal. in l. 2. in principio. C. de temporibus, de appellationum. Dec. num. 12. Francus. 45. in d. cap. ex ratione. Pro qua opinione facit, tex. in d. c. ex ratione. ibi *nolumus per iudicium generari*, & tex. in authen. sponsalitia largitas. §. hoc quoque. vers. *nullum penitus inferatur praeiudicium*, ex quibus probari videtur dari triennium, cui fuerit impeditus per biennium.

2 Sed contrariam sententiam (videlicèt, impedito per biennium, non concedi triennium; sed restitui ad tempus impedimẽti,) defendunt. Bart. Salicet. & glo. in authen. de his qui ingrediuntur ad appellandum. §. 1. verbo iuuaret. Panor. in d. c. ex ratione. 5. & 9. Dec. 12. Præpositus. 31. & 53. Bero. in c. cum sit Romana, de appellat. nu. 46. Afflict. decis. Neapolitan. 175. Pro qua sententia facit primò tex. in d. c. ex

3 ratione, quatenus ibi nõ fit mentio de triennio. Se-

cundo facit, nam tantum præstat restitutio quantũ abstulit læsio, vt probatur in l.quòd si minor. §.restitutio.ff.de minoribus,& in l.fin.ff. eodem titu. l.qui proprio.§.item quæritur. ff. de procuratoribus cùm ibi notatis.l.sed etsi per prætorem.§.si feriæ.ff. ex quibus causis maiores:& sic per restitutionẽ consequitur impeditus, tantum tempus, quãtum durabit im
4 pedimentum. Tertio facit text.in authen.de his qui ingrediuntur ad appellandum.§.1.vbi probatur, quòd quando appellans fuit impeditus in secundo anno, sucurritur ei per aliam legem; quasi dicat per restitutionem ex dicta clausula generali, de qua in
5 d.l.1.ff.ex quibus causis maiores in integrum. Quarto facit nam transacto biennio manet firma sententia ex tex.in cap.cùm sit Romana, de appella.& ex l. fin.§.illud.& in authentica ei cui.C. de temporibus appellatio.& in authen. de his qui ingrediuntur ad appellandum.§.fin.quia à iure non conceditur triẽ-
6 nium. Quinto facit, quia Ecclesia vel minor læsus in tempore, solum restituitur ad tẽpus læsionis: vt probatur in clemen.1.in fin.de in integrum restitutione.ergo,&c. Et hæc sententia est verior,& receptior.
7 Et ita non obstant iura pro prima opinione proposita, quia loquuntur de præiuditio iustitiæ ipsius causæ principalis. Non enim ex illis colligitur impedito per biennium concedi triennium, quòd ex d. cap.ex ratione *ibi nolumus quod iustitia vestræ, &c.* facilè deprehenditur.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Fatalia consensu partium prorogari non posse, defendunt plures Doctores.*
2 *Fatalia consensu partium prorogari non posse, innuere videtur l. nemo. C. de temporibus appellationum.*
3 *Exponitur tex. in c. oblata, de appellationibus.*
4 *Instantia appellationis respicit fauorem publicum, & priuatum.*
5 *Instantia prima non prorogatur.*
6 *Partium consensu fatalia prorogari possunt.*
7 *Terminus datus delegato ad causam finiendam consensu partium prorogatur.*
8 *Prorogari potest tempus sexaginta dierum, quod datur ad redhibendam rem morbosam.*
9 *Appellanti non currit tempus, si prosecutio appellationis consensu partium defertur.*
10 *Appellationi renuntiari potest per pactum.*
11 *Intellectus ad l. nemo. C. de temporibus appella.*
12 *Restaurari possunt fatalia iure regio.*
13 *Intellectus ad c. oblata, de appella.*
14 *Publicè vtilitati contrarium non est, fatalia prorogare ex partium consensu.*
15 *Prima instantia non prorogatur, ad eo quod per compromissum nõ suspendatur.*
16 *Ratio quare instantia appellationis, partium consensu prorogatur.*

QVÆSTIO XXXIX.

AN FATALIA CONSENSV PARtium prorogari possint.

1 HVIVS quæstionis partem negatiuam defendunt. Bar. in authen. si tamen. C. de temporibus appell. & in l. properandũ. C. de iudicijs Ludouicus Romanus in l. 2. ff. de re iudicata,

N 4 & in

& in conſ.174.in fine, Iohannes Andræas in additionibus ad ſpeculatorem, tit.de appella.§.nunc breuiter.verſ.licèt autem.Panor.in c.ex ratione, colu.3. Alex.& Cardinalis in d.c.ex ratione, de appella.col.
2 15.Pro qua opinione primò facit text.in l.nemo.C. de temporibus appella.vbi innui videtur etiam partium conſenſu tranſactis fatalibus, appellationem
3 proſequi non poſſe. Secundo facit tex. in c.oblatę, de appella.ibi *ſed ne ualeat prorogari.* Ex quo deduxerunt Doctores fatalia prorogari non poſſe conſenſu
4 partium, neque conſenſu iudicis. Tertiò facit, quòd appellationis inſtantia, non ſolùm reſpicit fauorem priuatum, ſed etiam publicum, ne lites ſint immortales.l.2.C.de temporibus appellationum: ſed fauori publico nemo renuntiare poteſt. cap.ſi diligenti, de foro compe.l.ſi quis in conſcribēdo.C.de pactis: ergo partium conſenſu fatalia prorogari non poſ-
5 ſunt. Quarto facit, nam inſtantia primæ cauſæ, conſenſu partium non poteſt prorogari.l.properādum. C.de iudicijs: ergo neque ſecunda appellationis inſtantia, poterit partium conſenſu prorogari.
6 Sed contraria ſententia lōgè verior, & receptior eſt, videlicèt conſenſu partiū fatalia prorogari poſſe, quam defendunt.Bal.in l.fin.§.fin.colu.1. C.de tēporibus appella.Iohannes Andræas in additionibus ad ſpeculatorē.§.nunc breuiter tit.de appella. Alex. in d.l.properandum.C.de iudicijs, & in additionibus ad Bart. in authen.ei qui. C.de temporibus appella-

pellatio.& ibidem.Cynus nu.2. Philippus Dec.in c. ex ratione.col. 5.verſ.ſed dubitatio eſt.& ibidem Felyn.2.col.Albericus,& alij in d.l.fin.colu.2.C.de tē-
7 poribus appella. Pro qua ſententia primò facit text. in c.in cauſis,de officio delegati.vbi terminus datus in reſcripto delegatorio, infra quem cauſa debeat finiri, cùm conſenſu partium poteſt prorogari: Sed tempus appellationis proſequendę, reperitur in iure prorogatum, de vno anno in biennium propter impedimentum,tex.in c.cum ſit Romana,de appellationibus:ergo multo magis fatalia ad proſequendam appellationem poterunt per partes prorogari argumento tex.in l.cum pater.§. quindecim.ff.de le-
8 gatis.2.Secundo facit tex.in l.quòd ſi nolit.§. ſi quid ita.ff.de ædilitio edicto vbi cōſenſu partium poteſt prorogari tempus legale ſexaginta dierū, quod da-
9 tur ad redhibendam rem morboſam. Tertio facit tex.in l.quamdiu. ff.de appella.vbi dicitur,quòd nō currit tēpus appellanti, quando de conſenſu ipſarū
10 partium proſecutio appellationis defertur. Quarto facit tex.in l.fin.§.fin.C. de temporibus appella. vbi expreſſe dicitur quod per pactum poteſt renuntiari appellationi,& paciſci,vt nullum fatale obſeruetur. Et reddit rationem tex. quia aſperitas legum pactis
11 partium temperari poteſt.Et ita tenendo hanc ſententiam, non obſtant argumenta ſupra pro prima opinione propoſita,non primum ex tex. in d.l. nemo, quia reſpondeo quòd non loquitur,de proro-
gatio-

gatione, sed de reparatione, quæ fit finitis fatalibus. Textus enim ille disponit neminem posse transacto tempore fatalium impetrare reparationem temporis, cum iam appellatio remaneat deserta. Loquimur enim nos in hac quæstione, de prorogatione, quæ fit durante tẽpore. l. sed etsi manente. ff. de præcarijs. Et ita secundum Bar. & Castrensem in d. l. nemo. nec non ex lectura illius text. expresse colligitur legem illam loqui, de reparatione fatalium. Non vtique reparari possunt transacto tempore, vt in d. l. nemo, quòd diuersum est in prorogatione, nam nõ transacto tempore bene possunt fatalia prorogari
12 ex partium consensu, attamen iure regio Val. transacto tempore fatalium bene poteſt pars in causis in supremo Regis consilio deductis, restaurationem, & reparationem fatalium impetrare. Nec enim pars in aliquo punitur, licet toto tempore fataliũ tacuerit, tex. optimus ex iure nostro in foro item señor, el 2. de appell. lib. 7. Etenim iure communi dispositũ erat, quod dum appellationis causa in supremo consilio erat introducta, etiam si per centum annos stetisset, nec instantia, nec fatalia transiebant, & ita fatalium restauratio non requirebatur, cum ullo tempore fatalia ibi currant authent. Sed lis, & text. in l. fin. §. Si tamen. C. de temporibus appella. Docet latè Vantius de nullitatibus tit. de nullitatibus sententiarum principum, nu. 9. licet secus sit dispositum iure regio in foro item señor, el 1. de appella. eodem tit.
Neque

13 Neque obstat secundum argu. ex tex. in c. oblatę, de appella. quia si bene consideretur loquitur habito respectu ad iudicium, videlicèt, quod partes non possint restringere terminum appellationis, nisi de consensu iudicis. Cui consonat tex. in c. cum sit Romana, & in c. personas, de appellat. Sed non concedit iudici, quod possit illum prorogare sine partiũ consensu, quare illè tex. non prohibet partibus fatalia prorogare posse, & ita illũ tex. declarat ibi glo. in vers. prorogari: loquimur enim nos de fatalium prorogatione, de qua utique tex. ille non loquitur.

14 Neque obstat tertium argu. quia respõdeo, quod non est contra publicam utilitatem prorogare fatalia consensu partium; nam ipsis volentibus nemini fit iniuria. Etenim partes paciscentes ne currant fatalia, non tantum publicè vtilitatis læsio, quæ vtiq; non est, quàm litigantium commoditas consideratur, ne pereat appellationis causa, & instantia, vt declarat Panormit. col. 16. vbi supra, & latius dicam in sequenti solutione.

15 Neque obstat vltimum argu. ex l. properandum. C. de iudicijs, quia licet verum sit; in prima instantia non admitti prorogationem. Cùm instantia prima causæ principalis non sit, nec tacitè, nec expressè, nec alio modo prorogabilis, adeo quod etiam per compromissum non suspendatur, vt docent Panor. in d. c. penul. col. 6. de iudicijs. & ibi Fely. col. 5. Marianus Socinus ibidem in 16. argumento. Idem

Soci-

Socin.conf.31.colu.4.volu.6.Anchara. consil.284.

16 Dec.in cap.ex ratione,colu.16.de appella.Cæterum instantia appellationis, est consensu partium prorogabilis.Et ratio est,vt dicit Panormi.vbi supra,quia maius præiudicium partium vertitur in causa appellationis, quam in causa principali.Cum perempta instantia causæ principalis pereant solũ acta, & non perimitur ius partis: sed perempta instantia appellationis perit tota causa,vt in clement.si appellationem,de appella.Notat Bart.in authen.Item si appellatione in fin.C.de temporibus appellat. idem Bart. in l.pendente. C.de temporibus in integrum restit. Et ideo,quia agitur de maiori præiudicio iura tollerant,quod in secunda instantia possit per partes suspendere,& prorogare fatalia: vt in d. clem. quamdiu, & in dicta authent.si tamen. C.de temporibus appellationum. Quod secus est, in instantia prima: quia perempta ipsa,pereunt solum acta,& non perimitur ius partis, vt supradictum est: & ita non potest consensu partium prorogari d.l. properandum. C.de iudiciis.

SVMMARIVM.

1 *Iudicem à quo,elapso primo fatali,non posse exequi sententiam,defendunt plures Doctores.*

2 *Biennium conceditur a iure,ad prosequendam appellationem.*

3 *Exequi sententiam,potest iudex à quo, transacto primo fatali si appellans non fuerit impeditus.*

4 *Primum fatale conceditur à iure,ad prosequendam appellationem.*

Appel-

5 *Appellanti datur annum ad prosequendam appellationem, & ex causa datur biennium.*
6 *Conciliantur superiores opiniones, vt prima procedat quando sine partis citatione iudex vult exequi sententiam, secunda vero quando pars non ostendit iustum impedimentum.*

QVÆSTIO XL.

AN ELAPSO PRIMO ANNO APPELlationis, idest primo fatali, possit statim iudex à quo exequi sententiam, si appellans non est in illo prosecutus appellationem.

1 PARTEM negatiuam (videlicèt iudicem à quo elapso primò fatali nō posse exequi sententiam, sicut contra appellationem desertam) defendunt Bart. in l. 1. in fin. C. nihil nouari appellatione pendente, & in authen. ei cui. C. de temporibus appella. Iohannes Andræas, & Hostiensis in c. in præsentia, de renunciatione Bald. in l. eos. 3. col. C. de appella. & in c. ex ratione, eodem titu. Angelus in l. præses, & ibi Imola. ff. de re iudicata. Panorm. & Decius in d. c. ex ratione, qui dicunt cōmunem opinionem. Pro qua facit opinione tex. in d. authent. ei cui. C. de temporibus appellationum, vbi innui videtur non posse exequi sententiam à qua appellatū fuit per lapsum vnius anni: nisi labantur duo anni.
2 Secundo facit tex. in authen. si tamen. C. eodem titu. vbi datur biennium à iure ad prosequēdam appellationem:

lationem: ergo cum sine facto hominis à iure sit concessum, non poterit iudex exequi sententiã, nisi transacto biennio.

